Est autem omnium philosophorum et rerum summa quod mirabilis est influentia loci proprii et reuera mirabilis. In tantum est enim mirabilis quod rem mutat et alterat a sua natura: sicut narrat Aristoteles in libro de plantis: de pomis persicis dicitur a persia: ubi primitus inuenta fuerunt. Nam illa que nascuntur ibi comesta interficiunt ea autem que nascuntur apud nos sunt ad comedendum suavia et iucunda. Ex quo patet manifeste quantum facit locus ad mutationem rei: et propter hoc fuit preceptum filiis israel in libro numerorum: ne offerrent sacrificium: nisi in loco quem deus elegisset. Si ergo sacrificium israeliticum quod de carnibus hircorum aut vitulorum et agnorum fiebat: non debebat offerri: nisi in loco sancto et mundo: quanto magis officium catholicum in quo christus verus

deus et verus homo offertur non debet offerri: nisi in loco mundo et sancto. Unde locus in quo missa regulariter debet celebrari est ecclesia: et ita dicit Augustinus. Extra ecclesiam non est locus veri sacrificii. Et dico regulariter: quod in aliquibus casibus potest missa extra ecclesiam celebrari. Notandum autem quod quo ad nunc ecclesia potest accipi duobus modis. Primo modo ecclesia idem est quod congregatio fidelium qui congregantur fide et charitate: et ita accipit Augustinus ecclesiam quando dicit extra ecclesiam et extra fidem ecclesie non est locus veri sacrificii. Alio modo ecclesia idem est quod ista domus materialis in qua dicuntur hostie et missae. Et extra ecclesiam sic dicitur: potest in aliquibus casibus missa celebrari: sicut in hostello exercitu vel quando ad aliquam festivitatem vel aduocationem alicuius sancti: vel ad obsequium alicuius defuncti: vel propter aliquam missam novam vel aliquid aliud tale ubi convenit multitudo magna populi: et ecclesia est parva ita quod non potest recipi ibi totus populus: nunc potest in cimiterio vel in aliqua platea celebrari munda et honesta: et erigi altare et debet ibi ita decenter aprari ne pulvis vel status ventri vel aliquid aliud tale possit ibi aliquid offendiculum inferri: de autem licentia etiam dioecesani potest propter aliquam necessitatem missa celebrari in domo alicuius vel in camera apra ad hoc. Ita tamen quod super altare porratum ponatur desuper aliqua tabula lapidea alicuius scripturae benedicta ab

Extra ecclesiam potest celebrari missa

episcopo. Et ista tabula debet esse integra quod si esset fracta non deberet sibi missa celebrari: nec etiam si esset a stipite amota imo peccaret si ibi missam celebraret. Ista etiam tabula debet esse lapidea et non de aliqua alia materia: et huius ratio est una: quod christus qui ibi immolatur est petra. Unde apostolus dicit ad corinthios. et cetera. petra autem erat christus. Alia causa est quia seipsum in petra: ut dicunt evangelia in marcho. Et propter istas eandem rationem corporalia debent linea esse et non de aliqua alia materia: quod ipse fuit in monumento in sindone munda et in limo candidissimo involutus et corporalia significat ista linteamina in quibus christus mortuus fuit involutus. Calix et non debet esse de vitro: quia de facili posset frangi: nec de ligno: quod lignum est porous et corporis sanguis posset subintrare: nec de calibe nec de cupreo nec auriscalco quod in fastidium est et periculuz de vomitu. Debet autem fieri de auro vel argento vel de stamno. Sciendum autem quod quando altare est totum benedictum non oportet quod ibi sit tabula alia notandum quod altare siue sit in ecclesia siue sit extra eam semper debet erigi versus orientem ita quod ille qui dicit missas habeat faciem ad orientem. Et ratio est una quod christus vocatur oriens lucis primo visitavit nos oriens ex alto: et de christo cantat ecclesia oriens splendor lucis eterne. Alia causa est quia secundum quod dicunt philosophi pars orientalis est dextra personae celi. Secundum quod dicit christus in Mattheo. xvi. Deus statuet bonos a dextris et ergo in iudicio mereamur poni a

dextris. Debemus orare versus orientem et quia principalior orationis est missa. Ideo ille qui dicit missam debet habere faciem versus orientem. Quod ecclesia in qua dicitur missa sit consecrata vel non: nihil facit ad missam: sed quantum ad solemnitatem missae semper si possibile esset debet dici in ecclesia consecrata: et sic multum honorificam et utilem est ecclesiam esse consecratam quod quando aliquis causa orationis intrat ecclesiam consecratam: remittuntur sibi peccata venialia. Secundum autem quod in mari nunquam debet celebrari missa propter periculum effusionis sanguinis. In ecclesia autem sanguinis vel seminis effusione polluta non debet missa celebrari: et si aliquis ibi missam celebraret peccaret graviter: non tamen ex hoc efficeretur irregularis: sicut declaratum fuit per dominum Bonifacium. viij. extra de sententia excommunicationis et interdictionis. c. bis qui in ecclesia. Si etiam esset predicto modo polluta: non posset in cimiterio sibi contiguo celebrari: quia quando ecclesia est polluta: cimiterium sibi contiguum similiter reputatur pollutum non autem e converso. id est si cimiterium sit pollutum: quod ecclesia sibi contigua sit polluta: cum principale trabat annexum non annexum principales ut dicitur extra de consecratione ecclesiarum vel altarium. c. si ecclesiam. lib. o sexto. Unde in cimiterio annexo et contiguo ecclesie pollute non debet aliquis celebrare nec debet aliquis sepelli ibi. Secus si cimiterium non esset contiguum ecclesie:



quia posito qd ecclesia eet polluta: ci-
 miteriu sibi no conuiguo no eet pollut-
 us: vt ps. c. p. allegato. Tpe autē
 interdicti no dz dicit alia voce necia-
 mus apertis missa nec et alie hore in
 ecclesia: nisi i quattuor festiuitatibus
 s. in die natalis dñi et in die resurre-
 ctionis et in die pentecostes: et in fe-
 sto assumptionis sancte Marie vir-
 ginis. Ne autē ecclesie defraudent
 seruitijs debitis et ne diuini officij
 negligatur: et ne fidelium deuotio dimi-
 nuat: et vt deuotio eorumde augeatur:
 tpe anuscunq; interdicti ianuis clau-
 sis: excommunicationis et interdictis ex-
 clusis: capanis etiā nō pullatis: dz di-
 ci missa: et totus diuini officij ruz di-
 uinus q; nocturnū submissa voce i ec-
 clesia: ita qd nō possit audiri ab his q
 sūt extra oia ista habentur extra de sen-
 tentia excommunicationis et interdicti
 ca. alma ma. li. vi. Et q; hñ fecerit ē
 irregularis et illegibile nec ipe et pot
 eligere: nec potest absolui: nisi in casu
 mortis: nisi per sedē apostolicā: vt ha-
 betur extra de snia excommunicationis
 his q in ecclā. lib. vi. Aliq; et exco-
 municato publico pñte nullus dz ce-
 lebrare: nec in ecclā nec alibi. alioqn
 peccaret mortaliter et ultra hoc eet su-
 spensus ab ingressu ecclesie nec posset
 absolui nisi ab illo qui intulit sniam
 excommunicationis: vt dicitur extra de
 pñlegijs. c. epozū. li. vi. et nō dz pñti
 istud: qz qui suspensus celebraret eet
 irregularis: vt hz expse. de sent. exco.
 c. is cui libro. vi.

De tpe quo dz dicit missa. ovi. qrti
 tractatus prime partis.


T dicit sapiens Salomon:
 oia tps hnt: et h rōnabiliter
 Res. n. penes varietatē: ma-
 xime tēpor. maximā acciunt i mutari-
 ones: q; euidentissime ne apparet i la-
 cruca: q; cū tpe sue iuuentutis frigide
 et humide sit nature: seruoatq; sāgni-
 nis et colere extrinsecua ex quo frunde-
 scit in humore puerit calidū et amaz.
 q; obest colerica sine calefactis: ex q
 rez liqde apparet q; tuz res penes ma-
 tationē tpe mutent et alterent: q; sāt
 pulchre fuit figuratū ep. c. xvi. vbi le-
 gitur q; manna collectum tpe debito
 erat hñs oē delectamentū et oēs sapor-
 rez suauitatis: qñ aut colligebat tpe
 nō debito: s. die sabbati pputruebat et
 verbum scaturiebat. Manna istd
 erat figura corporis xpi: sicut dz in bi-
 stozia corporis xpi: vbi dz. Hui; sacri
 figura pcessit qñ pluit dñs māna pa-
 trib; in deserto. Sicut. n. manna nō
 dz colligi nisi tpe debito et statuto: ita
 illud scūm sacrificiū nō dz offerri ni-
 si tpe debito et statuto. Sciendū q;
 q; missa dz celebrari de die et nō de no-
 cte: nisi in festo natiuitatis xpi in quo
 missa celebrat in media nocte qz illa
 hora fuit natus xps. de hñ melius di-
 cet infra. vel magis antiquus ē i oi-
 gilia resurrectionis dicebatur missa de
 nocte. Un i oione misse dz ad huc. De
 us qui hāc sacratissimaz noctem rē.

Rō qre nūc missa de die et non de
 nocte celebrat ē vna: qz i missa reme-
 morat passio xpi q; fuit facta de die et
 non de nocte. Alia rō ē qz p noctē
 figurat status peccati et p dies status
 grē: vt dicit glo. sup illud verbū apli

ad ro. c. xiiij. abiciamus opera tenebra
 roz. i. peccata: et iduamur arma lucis.
 i. virtutes q; sunt arma grē. Ad signi-
 ficatū q; qd ille q; dicit missa dz ee in
 statu grē et sine peccato: nō dz missa dz
 die et non de nocte. Quia autē hora dz
 dicit missa. Notatū ē q; sunt tres ho-
 re principales. s. tertia sexta et nona: et
 magis i his trib; horis q; in alijs dz
 dicit missa: et rō ē vt n. frequēter dicitū
 est missa dz in memoriā passionis xpi
 xps aut in tribus horis fuit passus et
 crucifixus. Hora autē tertia fuit cru-
 cifixus linguis iudeorum et snia pila-
 ti: qz hora tertia clamabant iudei cru-
 cifige eus. Jo. c. xix. et illa hora pilar;
 adiudicant fieri petitiones eoz. Se-
 xta autē hora fuit eleuatus i cruce. Un
 dz Jo. iij. Erat autē hora quasi sexta
 et crucifigerūt eus. hora autē nona emi-
 sit spiritū. Unde dz Matt. xxvij. c.
 Et circa horā nonam clamauit voce
 magna: et sequitur et emisit spiritum:
 et istud intelligo de missa q; dicitur so-
 lemmiter in ecclesia: qz misse pncula
 res possūt dici a puncto aurore vsque
 ad sextā et iudicibus ieiunioz vsq; ad
 nonā. Post nonā autē nō dz celebrari
 missa nisi fortitan in diebus ieiunio-
 rū rōne ordinū. Incidentaliter autē no-
 tandus ē q; nō solū missa verū etiam
 alie hore canonicē dicant i memoriā
 passionis xpi. Matutine autē dicant
 i memoriā q; xps hora matutina fuit
 captus et vincus fuit ductus ad annā
 pncipes sacerdotū: vbi fuit multipli-
 ceter delusus. Et dicuntur matutine
 media nocte. Juxta vbum psal. xvij.
 media nocte iurgebas ad cōfiteanduz

et. Prima dz in memoriā q; xps illa
 hora in domo dñe ligat; ad colum-
 naz fuit grauissime flagellatus: ita hz
 qd pcederet. Isaias. A plāta pedif
 vsq; ad verticē capitis nō erati eo sa-
 nitas. Tertia dz in memoriā xpi
 qz illa hora xps ductus ad pilatū fuit
 crucifixus linguis iudeoz clamā-
 tū et dicentū. Tolle tolle crucifige. et
 tūc ipletū fuit illd ps. xxvi. Aparue-
 rūt i me os suū rē. Sexta dz i me-
 moriā xpi qz illa hora xps expoliatus
 et illusus a militib; fuit eleuat; in cruce
 et tūc ipletū illud ps. xvi. Fode-
 runt manus meas et pedes meos rē.

Nonā dz in memoriā xpi qz illa
 hora xps felle et aceto potat; expirauit
 dices Pater in manus tuas cōmēdo
 rē. et tūc ipletū illud psal. lxxvij.
 Dederunt in escāz meam fel. et in siti
 mea potauerunt me aceto. Uespere
 dicunt i memoriā xpi: qz illa hora xps
 datus a pilato nobili centurioni Jo-
 seph fuit de cruce depositus. Cōple-
 tozimus dz in memoriā xpi: qz illa ho-
 ra xps a sua matre tristissima et alijs
 sanctis mulieribus lamētatus et aro-
 maribus cōdit; posit; fuit i sepulchro
 Et sic bonū eet et pgruū qd ql; illa
 ruz septez horaz dicere i hora sua de
 terminata. iuxta illud psal. septies iiii
 die laudē dixi tibi sup iudicia rē. Te-
 runtū qz pp rei familiaris occupatio-
 nez: vt pp humanā fragilitatez neqd
 illud seruari: seruet tñ illud q; ordina-
 tū ē extra de cele. mis. c. p. sbyter. vbi di-
 citur sic. Desbyter matutino officio
 expleto. s. media nocte mane pensam
 sue seruitutis videlz pñmaz tertiā no-



nas vespereſq; pſonat: ita tñ q; horis
cōporentib; aur a ſcholarib; pleantur
Deinde pactis horis 7 ſfirmis viſitatif
ſi voluerit cteat ad opus rurale ieiun⁹
7 dicantur cōs iſte hore p moduz quo
pcepitur extra eodē. c. dolētes. vbi pre-
cipitur q; diuinū officiū diuinū q; no
cturnuz dicat ſtudioſe pariter 7 deuo-
te: 7 qui ſcienter trāſgredit iſtud mā-
datū ſciat ſe mortaliter peccare: vtpo-
te q; trāſgreſſor ē pcepti ecclē. No-
tādū aut q; nō d; dicere miſſas quicq;
dixerit matutini. Longinus ē et eſt vt
prima dicat ante miſſas. Alie etiam
hore pter vespereſ 7 ppletoriū poſſūt
dici ante miſſam vel poſt.

Quoties in miſſa d; dici miſſa. c.
vij. quarti tractatus prime partis.

Equo dicitur q; miſſa d; di-
ci de die. reſtat dicēduz quo-
tians in die d; dici miſſa.

Et eſt ſciendum ſm q; d; extra de
cele. miſ. c. conſuluiſti. q; nullus debz
dicere miſſas niſi ſemel in die: valde
eniz felix ē q; celebrat digne vnā. Et
cipit dies natiuitatis dñi: in qua die
celebrant tres: ita q; vnus ſacerdos
pōt celebrare illa dies tres miſſas: vt
d; de cōſecratione di. i. c. nocte ſancta
7 rō quare illa die dicant. 3. prima eſt
pp miſtorū qm p iſtas tres represen-
tant. 3. ſtatus. 4. ſtatus ante legē ſtatū
ſub legē: 7 ſtat⁹ gēo alia miſſa q; can-
tat media nocte repñtat ſtatū q; fuit
aū legē qm tot⁹ mūdus erat i tenebris
vñ i miſſa illa cantat ppheta iſaie. p
phete. populus gēriū q; ambulabat in
tenebris vidit lucē magnā. ſcōa miſſa
que dicitur in auroa ſignificat ſtatus

qui fuit ſub legē quocēperunt ſcire
xp̄p dicitū legis 7 ppheta: ſ n̄ bebāt
pfectā noritiā de eo: 7 iō cantat i auro
ra qm icipit apparere lux diei ſ nō bñ
clare. vñ i illa miſſa cantat lux fulge-
bit. tertia d; de claro die: 7 ſignificat
ſtatū gēo in quo ſumus: 7 d; officiū
p̄ner natus ē nobis. Alia rō ē ad
repñtandū. 3. natiuitas xp̄i. Nā p̄ma
d; ad repñtandū natiuitatē eternam
qua naſcit ex deo p̄te. vñ d; in introi-
tu illius miſſe. Dñs dixit ad me fili⁹
meus ex tu: ego hodie genui te. Et d; illa
miſſa de nocte qm tps ē obſcuruz
ad deſignandū q; illa natiuitas ē no-
bis occulta. ſcōa d; ad repñtandū
natiuitatē ſpūalem q; naſcit in aiab⁹
iſtoꝝ p gratiaz. vnde cantat in illa
miſſa. lux fulgebit hodie ſup nos. lux
ſ. gratia dei. tertia repñtat natiuita-
tem temporalez que natus ē ex bene-
dicta Maria v̄gine p ſalutē noſtra.
Unde cantatur p̄ner natus eſt no-
bis. 7. Teruntamen ſi cōſideremus
euangelia que dicitur in miſſis iſtis
prima miſſa repñtat natiuitatem
temporalem qua dñſtus natus ē ſm
carnem ex marie v̄gine. Unde illd
euangeliū q; dicitur in illa miſſa. ſ.
Et dicitur a Ceſare auguro loqui-
tur de iſta natiuitate: vt patet ituenti
Secunda miſſa ſignificat natiuitatē
ſpūritualē filij dei qua naſcitur xp̄us i
aiabus iſtoꝝ p gratiā. Unde in
miſſa de luce d; illud euangeliū p̄a-
ſtoꝝ loquebātur adiuices: q; p to-
tuz loquitur de natiuitate filij dei ſpi-
rituali vt p̄s inuēti. Tertia repñtat
natiuitatē eternā qua naſcitur ex pa-

tre. Unde tunc dicitur illud euange-
liuz In principio erat verbū q; p to-
tuz loquitur de natiuitate eterna filij
dei. Notandū ē q; in die paraſe
uen nō d; dici miſſa. Et rō eſt q; iſtd
ſacr̄m ē figura paſſionis xp̄i que tali
die fuit facta: 7 eueniente veritate. d;
ceſſare figura. Alijs aut diebus non
d; dicere ſacerdos niſi vnā miſſa: ni-
ſi in caſu neceſſitatis: in quo pōt cele-
brare duas tantuz. Et vnus caſus eſt
ſi aliq; moratur 7 ſacerdos celebra-
uit miſſam de die: pōt dicere p defun-
ctis. ſ. miſſas de requie: dummodo ſit
ieiunus: 7 non ſit alius ſacerdos q; ce-
lebrat. Alius caſus ē ſi ſit aliquis
in periculo mortis 7 petat corpus xp̄i
ſibi dari: 7 ſacerdos nō hēat hoſtiam
conſecratam pōt iterum celebrare dū
modo vt dixi: ſi ieiunus 7 non ſit ali⁹
paratus celebrare q; iſtud ſemper eſt
intelligendū. Alius caſus pp ne-
ceſſitates nuptiaruz vt ſi dicta miſſa:
ſuperueniunt aliqui qui habēt cōtra-
here matrimoniu pōt ſacerdos iterū
celebrare: dummodo ſit vt dixi ſupra.

Alius caſus eſt pp neceſſitatē pe-
regrinoz: qm ſ. dicta miſſa. ſuperueni-
unt peregrini. Et illum caſum ponit
Raymundus in ſumma ſua. D; ſal-
ua eius reuerentia iſtud videt expreſſe
contra illud ca. extra de cele. miſ. Te
referente. Caſus. n. illius capituli eſt
q; archiepiſcopus ſipontin⁹ in die ce-
ne dñi de antiqua conſuetudine tene-
tur p̄ficere dñſima in eccleſia ſipon-
tina. Et idem archiepiſcopus eadem
die aſcendit de mane de cōſuetudine
ad garganicam eccleſiam vt recipiat

ibi peregrinos ipſius loci 7 ibi a cleo
7 a populo celebrare p̄pellitur. Unde
ſup hoc implozant p̄ſiliū pape. 7 pa-
pa rñder q; i eccleſia ſipontina in qua
tenetur dñſima conſicere tantūmodo
debeat celebrare. Et q; manifeſte ap-
paret q; rōne peregrinoꝝ nō d; trā-
ſgredi p̄ſtitutio de vnica miſſa cele-
branda i die. Unde ſaluo meliori iu-
dicio magis approbo cōſuetudines q;
ſeruatur in aliquibus eccleſiis gallica-
nis: qm ſ. veniūt peregrini dicta miſ-
ſa ad aliquā eccleſiaz ſi n̄ ſit ſacerdos
paratus dicere miſſas ſacerdos indu-
it ſe ſicut deberet dicere miſſam. 7 di-
cit eis officiū de beata v̄gine ma-
ria vel de ſp̄ritu ſancto v̄ſ de trinitate
vel de vno ſancto. p quo ſit peregrina-
tio nō tñ dicit canones nec conſecrat:
7 oſtendit ei reliquias loco eleuatio-
nis corporis xp̄i: 7 iſta miſſa vocatur
miſſa ſicca. Tamen ſi alibi ſeruatur
conſuetudo alia iuxta opūionē Ray-
mundi: non p̄demno eam. Alius
caſus ē pp neceſſitates honeſtatis vel
vtilitatis: vt ſi dicta miſſa veniat ali-
qua magna perſona que velit miſſas
audire: pōt ſacerdos iterum celebrare
dummodo ſit vt dixi ſupra. Iſtuz ca-
ſum ponit glo. de cele. miſ. c. p̄ſuluiſti
Et de iſta neceſſitate neſcio qd dicaz
q; non video bicet antaz neceſſitatem
q; p̄pterea debet tranſgredi mān-
datum de vnica miſſa celebrāda: p̄re-
ſertim cum magne perſone nō multū
tp̄ibus noſtris afficiant ita ad miſſas
7 illi qui afficiunt ducit ſeam ſacer-
dotes p̄prios. Alius caſus pp neceſ-
ſitates debiti ſicut qm ſunt due eccleſie



annere: et quilibet est curata. i. habet
curam animarum: et habent redditus ita
tenues qd non sufficerent duobus sa-
cerdotibus: sed vnus solus sacerdos
habet curam vtriusq;: in isto casu sa-
cerdos potest in vna die in qualibet
celebrare: et in illis diebus in quibus
tenetur populo suo ad dicendum missam
et administrandum sacramenta vel alia
officia qd requirunt missam et iste casus
in multis locis contingit: et fuerit in
b^o tholosanis: et credo qd in iure n^o in-
uenitur pceptum episcopi de vnica missa
tantum celebranda cum in omnibus capitulis
in quibus fit merito de ista materia po-
natur illud verbum sufficit: qd verbis
non importat nisi coactionem: con-
suetudo tamen ecclesie romane qui p
eminet cuiusq; auctoritati h^o et tenet
hoc: et ideo nullus debet facere contra
eas: et si faceret peccat et debet puniri.

In quocumq; aut casu sacerdos ce-
lebrans plures missas: in prima non
debet sumere aliquid neq; vinum neq;
aquam neq; aliquid aliud post sumpti-
onem sanguinis: sed solus debet lauare
os et cauere sibi quantum potest: ne aliquid
transglutiat: qd sacramenta a ieiunio
sunt recipienda: et in qualibet missa cor-
pus christi accipiat et sanguinem et in vlti-
ma recipiat abluitionem qui ceteris reci-
pitur post sumptionem sanguinis christi et
non in alijs: vt dixi habent ista extra de
cele. miss. c. ex pte. et de consec. di. v. vt
ieiuni. et. viij. q. i. Nihil.

L. viij. est a quo audienda missa.
Ista ceteris paribus melior
est boni sacerdotis quam mali.
Ergo missa audienda est pri-

mo simpliciter a proprio sacerdote non
peccatore non heretico non schismatico
et non publico fornicario. de his omnibus
vide. s. diligenter. c. iij. s. quis potest et de
missam celebrare et ministrare eucha-
ristiam. s. v. q. incipit. Dico. 3. et sine
et. vsq; ad. s. sed nunquid angelus.

Sed audienda est missa potius a
sciente quam ignorante: de hoc patet in
magistrum i. c. Scientia et studium
clericorum. s. iij. dicente sacerdos in qua
tis deputatus est ad celebrandum offi-
cium diuinum tenet de gramatica scire
vt sciat verba congrue proferre idonee
accentuare bene punctare interroga-
tiones extolere et saltem ad litteram ea que
legit intelligat. Multa plurimaque
de h^o sacerdos de scia: vide supra in
prologo huius libelli in primo folio
Etiam missa est audienda a proprio sacer-
dote de hoc infra. in. c. 4. de virtute
clauis. i. s. Sed posset aliquis.

De vestibus quibus induitur sa-
cerdos in missa. c. ix. quarti tractatus
prime partis.

Omni tpe vestimenta tua ca-
rida sint: verbus est sapientis
Quantum faciat rebis vsus
vestimentorum ad debitas administra-
tione officij quod quis exercet satis ostendit
experientia medicorum: copertus est
eni: qd collum salubriter doloze oculorum
mitigat tritum ab apothecario in-
duto veste qua die precedente induit
circulerat inde erit immisissimum oculis
patientis cruciabitur. Si ergo vestis
indebita nocet in confessione collum
quanto magis nocet in consecratione
corporis christi. Un figuratiue fuit pre-

ptum legislatori Moyse in exordio,
Isto modo facies vestes sanctas. Aaron
in quibus sanctificatus ministrat mi-
hi. Un sciendum quod omnes vestes quas
induit sacerdos in missa debent esse san-
ctificate. i. benedicte ab episcopo.

Notandum quod illa vestis que primo in-
duitur. s. illa camisia parua vel super-
pellicium non est de eentia misse in simpli-
ci sacerdote: quod dico pro presbitero et cano-
nicos regulares: quorum talis vestis est
habitus. Sciendum ergo quod proputa-
ta illa camisia de qua dicitur: vel loco
eius proputato suppellicio septem sunt ve-
stes quibus induit sacerdos in missa. s. il-
la camisia vel loco eius suppellicium
amicum: alba: cingulum: manipulus sto-
la: et casula. Et iste septem vestes signi-
ficant septem dona spiritus sancti quibus
deus est sacerdos perfusus. Unde actu
primo. Inuenimini virtute spiritus sancti ex-
alto: vel significant quod deus est in septem
peccata moralia munitus et armatus.
Unde apostolus. Induite vos armaturam
dei: vt possitis stare aduersus insidias
diaboli: vel significant septem virtutes.
s. tres theologicas et quatuor cardi-
nales: quibus deus est sacerdos adornatus.
Unde apostolus. Induamus arma lucis
glo. arma virtutum. qd non est licitum
indutum sacco. i. peccato in aula regis.
i. christi qui est rex regum intrare. vt dicit in
lib. Ihesu. Vel significant quod deus est sa-
cerdos septem operibus misericordie de-
ditus. Un apostolus induimini deum iesum
christum: cuius misericordie non est nume-
rus: vt dicit in ps. Vel significant quod se-
ptem petitiones orationis diuice in missa
exaudiunt: nisi signum cuius legitur in

libro Ihesu. qd Ihesu induta vesti-
bus regis fuit exaudita a rege assue-
ro. Vel significant quod sacerdos di-
gne celebrans cum istis septem vesti-
bus habebit septem dotes in paradiso.
quatuor ex parte corporis et tres ex
parte anime. In cuius signo legitur
in genesi quod Iacob indutus vestibus
eseu valde bonis habuit benedictio-
nes patris. Vel significat quod pius iesus
toto tpe quo mundus durabit: qd tps
septem diebus voluitur: erit nobiscum
pater in isto sacro. Et ita promisit ipse
qui non meretur dicens. Ego sum vo-
biscum vsq; ad consumationem seculi.

Et quod specialius de vna quacumq; ve-
ste dicatur. Sciendum quod illa camisia
vel superpellicium significat quod sacer-
dos deus h^o munditiam vite. Est enim
illa camisia vel superpellicium de lino
albo et mudo: et pro hoc dicit sacerdos
Lauabo iter innocentes manus meas
et circumdabo altare tuum domine.

Amicum quod ponitur super caput
significat eleuationes mentis quam
sacerdos deus habere ad deum pro alijs
maxime qui dicit missas: vnde ipse di-
cit sursum corda. i. corda sint eleuata
sursum ad deum. Alba que elonga
significat perseuerantiam in bonum
quam deus habere sacerdos quod qui perse-
uerauerit vsq; in finem hic saluus erit.

Cingulum quod prohibet vestes ne
superfluant super terram significat ti-
morez dei qui prohibet ne aie fluant
per peccatum. Quia vt dicit sapiens: qui
timent deum facient bona: et que conti-
nent iustitiam preparabunt corda sua in con-
spectu illi: et sanctificabunt aias suas.

Manipulus significat fructū bonorum operum; quem boni sacerdotes reprobabunt in paradiso. Unde de eis dicit psalmista. Venientes autē venient cum exultatione portantes manipulos suos. Stola significat mortificationem carnis. Unde ponit ad modum crucis ad denotandum quod sacerdos debet portare crucem in corpore suo. Et ita dicit apostolus. Mortificationem Christi Iesu in corpore vestro circumferentes. Casula qui cooperit oēs alias vestes et preeminet oibus alijs significat charitatem que preeminet oibus virtutibus; et que cooperit multitudines peccatorum in charitate ergo radicari et fundari iustitie viuam ut dicit apostolus. Multe alie adaptatiōes pōt adduci sed ista quo ad huc sufficient. Cui debet dari sacrificium missae. Quarto tractatus prime partis.

Noniam non est bonum sumere panes filiorum et mittere canibus; et margarite non sunt porcis donade; cum in isto sacratissimo sacramento contineatur panis viuus qui de celo descendit Christus. scilicet verus deus et verus homo. qui est illa preciosissima margarita quas qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet et emittit eas. Non istud sacramentum non est dandum canibus vel porcis. id est peccatoribus scilicet crudelibus et immundis.

Ad videndum ergo quibus debet dari istud sacramentum; videndum est primo de modis manducandi istud sacramentum.

Sciendum est ergo quod istud sacramentum potest sumi quattuor modis.

Primo potest sumi corporaliter tantum.

Secundo spiritualiter tantum.

Tercio sacramentaliter et corporaliter.

Quarto potest sumi corporaliter sacramentaliter et spiritualiter.

Quidam non sumunt istud sacramentum corporaliter tantum; sicut si aliquis infidelis qui non credit in isto sacramento esse veraciter corpus Christi. sumeret hostiam consecratam; tunc sumeret hoc sacramentum corporaliter tantum; quod potest quod non sumeret spiritualiter; cum non percipiat fructus sacri. nec est recipere sacramentaliter quod ille recipit istud sacramentum sacramentaliter quod credit in isto sacramento veraciter esse corpus Christi; sed iste ut dicitur non credit. quare non recipit istud sacramentum sacramentaliter sed solum corporaliter. Et idem dico de mure vel de cane; vel de quacumque alia bestia comedente hostiam consecratam. Quidam vero recipiunt istud sacramentum spiritualiter tantum sicut fideles iusti et sancti cum deuotione audientes missam vel habentes deuotionem ad audiendum eam; qui licet non comunicent; sunt tamen principes fructus istius sacri. Et sic intelligitur verbum Augustini dicentis Crede et manducaisti. Crede. scilicet fide formata et manducaisti. scilicet spiritualiter. Quidam comedunt siue sumunt istud sacramentum sacramentaliter et corporaliter simul. sicut falsi christiani qui sumunt istud sacramentum in peccato mortali; tales non sumunt corporaliter et recipiunt spiritus consecratos et etiam sumunt sacramentaliter quod ex quo sunt christiani credunt sub alijs speciebus corpus Christi veraciter contineri et sic utuntur sacramento ut est sacramentum. Sed non recipiunt fructum sacramen-

ti. Quidam recipiunt istud sacramentum corporaliter sacramentaliter et spiritualiter simul. Sicut illi qui cum deuotione et fide existentes in charitate gratia dei recipiunt istud sacramentum qui ex preceptione ipsius multa bona recipiunt in presenti scilicet gratiam et in futuro gloriam. Secundo videndum est que requiruntur ad debitam sumptionem huius sacramenti. Et notandum quod tria scilicet Immunitas a peccato mortali. Lauatio mentis ad deum; et munditia corporalis. De primo dicitur in 1. cor. 10. et dicitur aliquid est in isto. de secundo videlicet de elevatione mentis ad deum dicit sacerdos. an in ceptionem canonis. Sursum corda quasi dicat quod volens sumere istud sacramentum debet habere cor suum eleuatum ad deum. Tertia. scilicet munditia corporalis; videmus quod tractantes aliquod sacramentum manus suas lauant. Et ideo cum isto sacramento tractet ille qui est sanctus sanctorum requiritur in sumente munditia corporalis. Nota tamen quod immunitas a peccato mortali de necessitate requiritur ad debitam sumptionem huius sacri. Alia duo autem requiruntur de magna congruitate. Et ideo cum aliqua immunditia corporalis habeat aliquando secum annexam culpam mortalem et ebrietatem mentis. scilicet pollutio que accedit in somno. Videndum est de ista pollutione quomodo impedit sumptionem istius sacramenti. Sciendum est ergo. Quod pollutio que accedit in somno non est peccatum de se. Sed potest esse effectus peccati mortalis vel venialis vel nullus secun-

22
dum quod causa eius potest esse vel peccatum mortale vel veniale vel nullum. Semper ergo recurrendus est ad causam. Unde prouenit ista pollutio potest autem ista pollutio prouenire vel ex cogitatione preterita vel ex ebrietate et crapula vel ex temptatione diabolica vel ex infirmitate vel alienatione nature. Primis duobus modis non potest esse sine peccato mortali vel veniali. Quia si cogitatio est et cum consensu precessit vel ebrietas vel crapula fuit deliberata vel consuetudinaria fuit peccatum mortale; et ideo talis pollutio impedit de necessitate sumptionem istius sacramenti. Si autem cogitatio non fuit deliberata vel cum consensu deliberato vel ebrietas non fuit deliberata nec consuetudinaria. fuit peccatum veniale; et ideo talis pollutio non impedit de necessitate sumptionem istius sacramenti; sed tamen congruitate impedit; et potissime si fuit cum turpi imaginatione; quia ex tali imaginatione ut communiter deprimitur mens. Sed si sit aliquid quod preponderet sicut deuotio festiuitatis; vel timeatur de scandalo non debet dimitti propter hoc perceptio corporis christi. Si autem proueniat ex illusionem diabolice non credo quod debeat dimitti maxime si eueniat tempore magne festiuitatis vel generalis communionis. Si autem eueniat ex nature infirmitate vel alienatione; si dimittatur propter reuerentiam laudabile est nisi sit aliquid quod reformet peccatum ut dicitur supra. Et illud decretum quod dicitur quod homo post tales pollutiones debet abstinere



viginti quattuor horis intelligendus est cum distinctione predicta. **U**iso ergo quot modis sumitur istud sacramentum: et que requiruntur ad debita susceptionem eiusdem: videndum est nunc qui debent istud sacrum sumere. **D**ebet. n. sumi a ieiunijs: vt. vii. q. i. **N**ihil de conse. di. v. **I**eiunij. **N**otandum vero quod duplex est ieiunium: quod quoddam ieiunium est nature et quoddam ieiunium est ecclesie. **I**eiunium nature soluitur per supicionem cuiuscumque cibi vel potus. **I**eiunium ecclesie soluitur per commestionem cuiuscumque supri in modum cibi: yma comestione accepta. **Q**uando ergo dicitur quod istud sacrum eucharistie debet sumi a ieiunijs intelligit a ieiunij nature: quod primo dicitur intrare in os christiani iste sacrosanctus cibum quod quicumque alius cibum: ita quod quicumque sumit istud cibum sacrosanctum: nihil ante sumpserit illa die per modum cibi vel potus. **N**eque tamen quod necessitas non habet leges et infirmis non est lexposita: infirmi et illi qui sunt infirmitate constituti non sunt obligati ad hoc quia quicumque hora siue de die siue de nocte siue post prandium siue ante possunt quando eis necesse fuerit sumere istud sacramentum. **S**ed quid si aliquis sacerdos vel alius qui debet coiccare: de mane lauet sibi os et transglutit aliquid de aqua: nunquid impeditur susceptio istius sacramenti. **D**ico quod ante sumptionem istius sacri decens est vt quilibet et spiritualiter et corporaliter mundetur quantum potest et de lauare os ante susceptionem istius sacri approbo et laudo ita tamen quod ca-

neatur ne aliquid de aqua transglutiat scilicet: **V**eruntamen si aliquid transglutiat: sed non in magna et notabili quantitate tamen transglutiat cum salua et per modum saluie: non credo quod impediatur susceptionem istius sacramenti. **S**ed ponatur quod aliquid de nocte comederit anisum vel feniculum vel aliquid aliud: de reliquijs remanserit inter dentes: et cum ablati of transglutit aliquid de hoc quod remansit inter dentes: nunquid impedit ad sumptionem huius sacramenti. **D**ico quod non ex quo scilicet non facit: sed transglutit in modum saluie. **I**stud sacramentum non debet sumi nisi ab illo qui habet usum rationis nisi non dicitur dari pueris antequam perueniant ad annos discretionis sicut habetur extra de pe. et re. **O**mnis vtriusque sexus. quia ante istud tempus ne sciunt discernere inter istud cibum et cibum corporalem: et sic se exhibent reuerentiam tanto sacro debent. **E**adem ratione istud sacrum non est dandum amentibus et furiosis. **D**istinguedum est de istis: quia aut tales fuerunt furiosi a nativitate: ita quod nunquam habuerunt usum rationis: et tunc credo quod talibus non debeat dari: quod istud sacrum requirit actualem deuotionem in suscipiente: et tales non habuerunt vel non possunt habere eam. **A**ut tales aliquo tempore habuerunt usum rationis: sed amiserunt ipsum pro aliqua lucida intervalla. **T**empore ergo quando habent illa lucida intervalla si petant cum deuotione istud sacrum et velint reuerenter recipere dicitur eis dari: ita tamen quod tempore furie nullo modo eis debeat dari propter causas iam

dictam. **F**reneticis etiam non dicitur dari istud sacrum: maxime si timeatur de irreuerentia ad sacramentum sicut de excommunicatione vel de aliquo tali. **L**oquor de freneticis in quibus ligatus est ordo usus rationis. **D**emoniacis etiam si cum reuerentia et deuotione petent: credo quod deberet dari cum tales habent usum rationis et actualem deuotionem ad sacramentum: et credo quod tanta deuotionem possunt habere ad sacrum quod virtute istius sacramenti a demonio liberarentur. **L**eprosis etiam non dicitur dari istud sacramentum: quod intelligo de leprosis sic infectis quod non possunt corpus dominicum sic tractare: quin reicerent ipsum sicut multi quibus ceciderunt labia et dentes et sunt totaliter corrosi usque ad guttur sicut legitur de quodam monacho cisterciensis in vita sancti Lodouici quondam regis francie: cui quando ponebatur bolus in ore: cadebat sibi bolus de ore et tali sic leproso non debet dari corpus christi. **A**lijs autem leprosis potest dari. **S**acerdos autem leprosus non dicitur in presentia populi celebrare: sed si ad partem vel in secreto vellet posset celebrare. **E**t ita intelligo illa capla extra de clerico ergo tante: de rectoribus et tua nos **H**ugu. etiam dicit quod sacerdos leprosus posset etiam celebrare alijs leprosis. **D**amnatis etiam ad mortem pro criminibus suis nisi de gratia speciali non datur corpus christi: sicut illis qui suspenduntur vel comburantur vel submergantur vel decolantur: vel quomodolibet aliter: de quo habetur in clem. de peni. et remissio. **I**llis

autem qui pro crimine heresis comburantur si cum deuotione et humilitate et reuerentia petant: debet dari eis corpus christi: sicut habetur extra de hereticis capitulo super eo. libro sexto. **S**ed nunquid christi in peccato mortali dandum est corpus christi? **D**icendum est quod peccatum aut est notorium aut occultum. **S**i est notorium pura notorius usurarius: vel notorius concubiniarius: vel alias notorius peccator: et non desistat et secundum statuta ecclesie condigne peniteat: non est sibi dandum corpus christi quantum cumque petat: immo sibi dandum est. **A**micie: non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. **S**i autem peccatum est occultum: aut iste perit corpus christi tempore quo tenetur coiccare: puta tempore generalis comunione vel quia est infirmus: et sic de alijs casibus in quibus tenetur quilibet comunicare aut petat alio tempore. **S**i perit alio tempore quantumcumque petat in publico non tenetur sacerdos dare ipsum sibi: sed debet sibi dicere. **A**micie non est tempus modo comunificandi: et ideo ideo tibi corpus christi modo sed expecta tempus statutum. **S**i autem petat tempore statuto quo tenetur comunificare tunc aut iste petat corpus christi in publico: aut in secreto. **S**i in secreto perit: non est sibi dandum: imo est mundus ne petat in publico sibi dari corpus christi. **S**i talis pertinax in malicia sua perit in publico sibi dari corpus christi: sacerdos dicitur sibi dare ipsum quia non dicitur eum prodere: nec aliquis debet priuari iure suo quousque fuerit

de claratum ipsum amilisse ius illud.
Et id cum quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus christi a suo curato; et curatus sit obligatus ad dandum isto tempore corpus christi parrochianis suis et nullus fidelis praevenit isto iure nisi per peccatum mortale nec debet privari isto iure quousque sit notorium ipsum peccatum mortale commississe. Et ideo quantumcumque sacerdos sciat subditum suum esse in peccato mortali nisi peccatum sit notorium non debet sibi denegare corpus christi si tunc statuto et in publico petat ipsum sibi dari. Et ita legitur fecisse beatus Bernardus quod cum quadam die concitaret monachos suos quidam quem sciebat beatus Bernardus esse in peccato mortali cum alijs accessit ad communionem. Et beatus Bernardus dedit sibi corpus christi, dicendo submissa voce. Iudicet dominus inter te et me, quia si vellet dicere, Dominus scit quod tu indigne accedis, et ego non possum tibi denegare et ipse iudicet inter te et me. Et statim ille miser sumpto corpore christi cecidit mortuus. Et ideo quilibet caueat sibi ne indigne accedat non enim noceret sacerdoti; sed sibi ipsi. Et sacerdos beneficeret; si istud exemplum et similia frequenter suis subditis nuntiarent. Sed nunquid suspectis de crimine debet dari istud sacramentum. Dico quod triplex est suspicio quia quedam suspicio est violenta; quedam probabilis quedam levis. Suspicio violenta est illa contra quam non admittitur probatio; sicut si aliquis inveniatur cum aliqua in lecto solus cum sola

nudus cum nuda; loco et tunc ad hoc statutis; nec erare nec parentela nec aliquo obstantibus esset violenta suspicio vel presumptio quod cognovisset eam ita quod non admitteretur probatio contrarium. Probabilis suspicio est illa que oritur ex aliquibus signis probabilitibus; sicut si aliquis inveniatur cum aliqua frequenter loquens in locis suspectis esset probabilis suspicio quod aliqua male agerent. Levis suspicio est que oritur ex fatua et inordinata suspicione alicuius; et ista dicitur levis id est fatua suspicio; sicut si videres aliquem bonum virum aliquam bonam iuvenulam salutantem vel sibi arridentem non in loco vel in tempore suspectis fatuus esset ne presumere quod male agerent; et de tali dicit Salomon, qui cito credit levis est corde. Quando ergo queritur utrum suspectis de aliquo crimine debet dari corpus christi; dico quod si de aliquo habeatur suspicio violenta de aliquo crimine notorio; quod tali debet denegari corpus christi verbi gratia de aliquo habeatur suspicio violenta quod sit notorie hereticus vel usurarius vel concubinaris et sic de alijs; dico quod antequam detur sibi corpus christi debet se purgare de huiusmodi crimine; ut habeatur extra de purgatione capitulo tertio. Si autem habeatur de eo solummodo suspicio probabilis non debet sibi denegari corpus christi quousque sit probatum contra ipsum licet si notorie haberetur talis suspicio contra eum esset monendus quod purgaret se antequam accederet ad communicandum; et si abinet be-

ne faceret. Si autem perseveranter instaret et negaret crimen de quo probabiliter presumetur contra eum non credo quod ante probationem esset privandus iure suo quod habet in petendo et accipiendo corpus christi; praesertim cum res sua agatur. Et si indigne accipit nocet sibi et non alijs; tamen credo quod sacerdos potest et debet dicere sibi ad terrorem aliqua verba comminatoria dicendo si digne accipis; proficiet tibi ad salutem corporis et anime; si indigne; iudicet dominus inter te et me. Si autem levis suspicio habeatur contra aliquem de quo cumque crimine; propter talem suspensionem cum sit levis et fatua; in nullo debet agi contra eum in speciali. In generali tamen esset bonum si sacerdos diceret aliqua verba ostendendo quod nullus debet presumi esse malus nisi constet pro certo; quia multi multa loquuntur. Et quod quilibet debet se purgare et quo ad deum et quo ad proximum antequam accedat ad istud sacramentum. Sed nunquid excommunicatis debet dari istud sacramentum? Dico quod non quandiu sunt excommunicati; divisi sunt a preceptione sacramentorum et communionem fidelium. Sed quid si aliquis excommunicatus est in periculo mortis et petit sibi corpus christi dari? Dico quod aut iste est excommunicatus a canone; siue a iure; siue a iudice. Si sit excommunicatus a canone siue a iure sacerdos debet eum absolovere; si petat humiliter absolutionem; quia in periculo mortis sacerdos simplex potest absol-

vere a quacumque sententia excommunicationis lata a canone etiam si absolutio esset sedi apostolice reservata. Debet tamen in quocumque casu absolvi sub ista forma quod si dominus praesert sibi vitam quod statim et tam cito quam cito commode poterit; vadat ad eum qui eum absolovere potest; mandatur illius super illis pro quibus fuerat excommunicatus humiliter recepturus et si non faciat statim; relabatur in eadem sententiam excommunicationis ipso iure. ut habetur de sententia excommunicationis; de eos qui libro sexto. Si autem est excommunicatus a iudice; aut est pro contumacia tantum; aut pro aliquo obito vel quocumque alio modo debet absolvi si petit humiliter absolutionem; ita tamen quod det pignora vel cautionem idoneam quod parebit id est obediet mandatis ecclesie satisfaciens passis iniuriis; et si nequid dare pignora vel cautionem iuret quod satisfaciens cito poterit. Et si aliquis existens in peccato mortali vel excommunicatus existens in peccato mortali mittit per sacerdotem ut confessionem eius audiat et det sibi corpus christi et antequam sacerdos veniat ad eum amittit loquella, nunquid debet sibi corpus christi. Dico quod si intelligat aliquid monendus est si non potest loqui et ostendit aliqua signa contritionis; sicut quod contritas manus eleuet ad deum et percutiat pectus, et per aliqua signa ostendat se petere absolutionem a peccatis et a sententia excommunicationis; et parentes et amici eius debent loco et vice eius promittere et fide iurare vel dare pignus si possunt



q̄ si dominus prester sibi vitam presentabit se conspectui eius qui euz ab soluere potest; mandatum eius humiliter receptur; et sic debet absolui et comunicari. Si autem nihil intelligit; sed consistet et probari potest q̄ signa contritionis; et penitentie precesserint; debet absolui et comunicari; receptis tamen primo cautionibus vel pignoribus vel iuramento a parentibus, vel ab amicis per modum qui dicitur est supra.

De ritu misse, c. xi. quarti tractatus prime partis.

Tomodo honeste et fm ordi nem oia fiant, verbum est apostoli informantis et instruētis nos quō ordinare et honeste opera nostra; et maxime illa que ad cultum dei pertinent faciamus; inter q̄ missa est principalior. Si ergo in alijs nris operibus honeste et ordinate nos habere debem; multo magis in missa. Dicitur est q̄ nūc de ritu misse, id modo quo debz dici missa. Scienduz est ergo q̄ sacerdos armis spūalib; armatus, i. sacris vestib; de quibus supra dictum est; indutus debz procedē ad altare. Et quia vt dicit Salomon Sapientis in principio sermonis accusator est sui ipsi. Ideo p̄mo dicit accusare seipsum sacerdos i pfessione faciedo pfessionē gnālem; que valet ad remissionem peccatorū venialium et mortaliū obliuionum. Sed de mortalib; de quibus recordatur dicit anteq̄ induat se vel anteq̄ accedat ad altare sacramentaliter confiteri facta cōfessione procedat ad missaz. Notandū autē quare illud sacramētū vocat missa,

Secundū Augustinum missa dicitur quia dñi illud sacramētū conficitur mitrā celestis missus. Et fm q̄ exponit Innocentius; iste celestis missus est magni consilii angel; et mitrā iste ad consecrandum et iste est sacerdos invisibilis qui principaliter consecrat et pficit hoc sacramētū vbicumq; pficiat. Unde ipse est sacerdos et sacrificium; vt dicitur ab Augustino. Aliā rōez assignat Hugo dicens q̄ ip̄ a hostia pot vocari missa; q̄ transmissa est p̄tium a patre vt esset nobiscuz; postea a nobis p̄ti vt pro nobis intercedat.

Sciendū q̄ missa in trib; linguis celebratur, i. hebraica greca et latina. Nam alfa amen ofana; sabbaorb sumitur de hebraica; lzyrieleison xpeley son sumunt de greca, reliqua omnia sūt latina. Dicitur autē missa i istis tribus linguis; q̄ titulus xpi in cruce pendens fuit s. riprus hebraice grece et latine. Dicitur autē missa in quattuor partib; in obsecrationē, orationes postulationē et gratiarū actiones. Prima ps̄ proreducitur a principio vsq; ad offertoriū. Secunda pars proreducitur ab offertorio vsq; ad finē orationis dñice, i. pater noster.

Tertia ps̄ p̄cedit vsq; ad cōmunicatiōes. Quarta ps̄ p̄cedit vsq; ad finē. Prima pars continet se de cē vel vndecim partes. Nā primo dicit introitus; et dicit introit; q̄ tūc primo sacerdos ministraturus ad altare dicit intrare. Et scienduz q̄ antiq̄ tūc loco introit; dicebat totus vn; ps̄ et cantabat a clero circa gradus altaris; et ideo vocat gradualē. S; hie

ronym; ex mādato Damasi pape ecclesiasticū officium p̄ maiori pte p̄ter cantum instituit et ordinavit introitus diuersos fm diuersitates festoz et dierum et de illo psalmo qui loco introit; cantabat accipit vnus versum. Et est sciendū q̄ in pfestis diebus introit; bis cantat ad significādū q̄ i xpo sūt duenāe; humana; et diuina; In solēnitatib; dicitur ad designanduz tria tēpora, i. tps̄ quod fuit añ lege; et tps̄ sb lege; et tps̄ gr̄e. Unde duab; p̄mis v̄cibus dicit submisit; q̄ in p̄mis duobus tēporibus nō aperte; nec clare loq̄bāt boies d̄ xpo Tertia autē vice dicit alre q̄ in tercio tpe in cōm terrā exiuit sonus euāgelij. Post introitū seq̄t lzyrieleison. xpeleyson lzyrieleison idē ē q̄ dñe miserere. xpeleyson idem est q̄ xpe miserere. Et dicit ter p̄pter p̄cem et filiū et spū scū; Et dicit nōies p̄ nouē ordines āgloz q̄b; n̄tūre misse associari perim;. In dieb; solēnib; post lzyriel, cantat hymnus angelic; s. Gloria in excelsis deo. Quē hymnū i natiuitate xpi āgeli cātauerūt vsq; ibi bone volūtāt; reliq; oia, i. laudam; te et q̄ sequuntur beatus Hilarius pictauiensis ep̄s cōposuit; et ad missaz cātari instituit et debet cantari iste hymn; in festis apostolorum; martirum pfestorum; quorum honore dedicata ē ecclesia. Et in festiuitatib; beate Marię. S; q̄ in dieb; pfestis tātaf missa d̄ br̄i v̄gine; vel de spū scō; vel d̄ icū q̄ alio scō; in d̄ in ea hymn; āgelic; et simbolū d̄ cātari; i; i missa p̄pa p̄fatō d̄ cātet. Et rō ē vt dicat d̄ cele, mis, c, cōsiliuz vt inter cōmēmoratiōē et so

lēnitatem differentia ondatur. In sabbaro autē quādo cantat d̄ beata v̄gine; credo q̄ debz dici gloria in excelsis deo; q̄ illa dies est specialiter d̄ dicata br̄i v̄gini pp̄ multa q̄ nō oib; dicitur. Dicitur hymno angelico sacerdos conuersus ad populum salutat ip̄sum dicendo Dominus vobiscum. Que saluatio sumpta fuit ex veteri testamento scilicet de libro Ruth. qm̄ d̄ iit messoribus booz; domin; vobiscum. Sciendū tamen q̄ ep̄s loco; dominus vobiscum; dixit par vobis; q̄ ep̄s rep̄ntat personam xpi qui quant; do saluabat discipulos suos dicebat par vobis. Et sciendū q̄ in ecclesia quauis non sit nisi vnus semper tamen sacerdos dicere debet dñs vobiscum; q̄ tote ecclesie loquit; et respōdetur; et cum spiritu tuo. que respōsio fuit sumpta ab apostolo in epistola ad Thimoteum. Post salutationem et respōsionem subiungit sacerdos. Oremus loquens quasi iudicatus in persona toti; populū; et dicit Oremus dicit orationem et ista oratio vocatur collecta; quia olim sacerdos siue ep̄s omni pp̄lo collectō dicebat istā orationē. Quia s; op̄ib; nris non possumus ita populum colligere; dicimus orationem que generali et antiquo vocabulo retento vocat collecta. Et sciendū q̄ orationes i missa debent dici sub certo numero; videlicet q̄ dicatur vna; vel tres; vel quinque; vel septem. Quando dicitur vna significat vnitate essentie que est in tribus p̄sonis. Quādo dicitur tres; significat trinitatē per

Non dñi gl̄a in excelsis, in missis b. v. nisi in sabbaro.



sonarum; nam prima significat personam patris. Secunda personam filii. Tertia personam spiritus sancti vel dicuntur tres; quia christus in passione sua cuius sacramentum istud est, memoriale ter legitur orasse. Primo quando oravit ut transfirer ab eo hora passionis. Secundo quando dixit: pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Tertio quando dixit pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quando dicitur. v. orationes significant memoriam. v. vulnere christi. Septem vero dicunt ad tenendum quod sacerdos si digne dicat missam exaudiat pro omnibus sepe per petitionibus que in oratione dominica continentur vel ad significandum quod per septem dona spiritus sancti: sibi et alijs pro quibus dicit missam virtute missae infundit et ut dicit magister Joannes. Belleri non debent dici ultra septem. Et est sciendum quod quando dicitur missa per viuis: non debet dici aliqua collecta pro defunctis nec econverso in missa pro defunctis non debet dici oratio pro viuis nisi illa communis. I. omnipotens sempiterna deus qui viuorum dominus etc. Si autem in missa pro viuis in aliquo casu dicatur collecta pro mortuis: illa collecta non debet dici vltima pro mortuis: sed penultima vel ante penultima: quod finis debet respondere omni principio et dicitur collectis responderit amen: ad confirmationem. Collectis finitis dicitur epistola que dicitur ad populi informationem: et dicitur epistola ab episcopo est supra et stolam quod est

missio: quasi supra missa: quia epistole fuerunt missae euangelistis. Et nota quod nullus debet dicere epistolam in missa: nisi fuerit subdiaconus vni melius est quod sacerdos legat eam quam puer qui iuuat eum ad missas. Post epistolam dicat responsorius: et sic nominatur. quia in suo vel epistole respondere debet: versus vero dicitur a stentando: quia illi qui dicunt ipsum debent se vertere ad orientem. Postea dicitur alleluia cum versus suo quod idem est quod canticum letitiae: unde tempore ieiuniorum: quod est tempus luctus non debet dici alleluia: nec eadem ratione in missa pro mortuis. In magnis solennitatibus post alleluia debet dici sequentia. i. profusa: quod est canticum letitiae: et significant ista duo letitiam et gloriam paradisi ad quam virtute missae ide vire spem. Post hoc immediate dicitur euangelium. Et principio ille qui legit euangelium salutatur populum ut reddat eum attentum ad audiendum euangelium. Dicitur autem euangelium ab eo quod est bonus et angelus quod est nuncius quasi bonus nuncius: quod in euangelio nunciat christus qui est magni consilii angelus vel quod in eo nunciant omnia que pertinent ad salutem nostram. Et nota quod quando euangelium sumitur de principio: debet dici Inicium sancti euangelii. Sicut in euangelio. Liber generatio nis: et in euangelio fuit in diebus herodis regis: et in euangelio: In principio erat verbum. Quando vero euangelium non sumitur de principio: debet dici sequentia sancti euangelii etc. Et est seculi verba sequentia sunt verba sancti

euangelii. Notandum quod dicto titulo euangelii dicitur ruder Gloria tibi dñe: quod in euangelio agit de gloria dei et nostra quod videlicet christus diabolum vicit et nos redimit et victor ad gloriam patris ascendit. Et ideo auditores euangelii letantes ad laudem sui redemptoris exclamant dicentes Gloria tibi dñe quasi dicat dñe gloria tua quod in euangelio predicat nobiscum sine fine permaneat et semper crescat. Notandum est quod quando legitur euangelium duo cerei debent incendi in signum quod dominus misit discipulos binos: et binos ante faciem suam predicare euangelium. Illud ergo est notandum quod tunc cito quod cito dicitur sequentia vel Inicium sancti euangelii hinc quod est supra dictum: tunc et de ricas quod laicus tam proferens quam audiens debent se munire signo crucis in ore et in pectore et in fronte quod frons est locus verecundie. unde homines innerecandos effrontes. i. sine frontibus appellamus. Per hoc ergo quod fronti signum crucis imponimus: significamus quod non erubescimus credere in christum crucifixum et eum verum deum et verum hominem confiteri. In hoc autem quod os et pectus signamus: ostendimus nos audacter et simpliciter confiteri ore et fideliter et firmiter credere corde christum crucifixum: cuius liber legitur deum et dominum nostrum etc. Sacerdos itaque et diaconus euangelium lecturus se signat in fronte ore: et in pectore quasi dicat non erubescam euangelium ipsum ore predicare et corde credere. Librum autem signat ac si dicat hic autem est liber crucifixi. Dum autem dicit euangelium

euangelium cum ceteri deponant velamina capitum pro duo. Primo ad ostendendum quod euangelica doctrina omnia velamina legis antiquae remouit. Secundo ad significandum quod omnes quingensensus debent esse aperti ad audiendum euangelium. Et sciendum est quod ille qui dicit euangelium dicitur bene faciem ad aquilonem in signum quod virtute euangelii debemus nos munire contra insidias diaboli quod veniunt ab aquilone quia ut dicit Jeremias. Ab aquilone pandetur omne malum. Finito etiam euangelio: quilibet dicitur se munire signo crucis contra diabolum: ne rapiat euangelium de ore eius. Post euangelium immediate sequitur symbolum fidei. Credo in unum deum quod non debet dici nisi in diebus solennis non tamen in omnibus: sed solum in illis de quibus fit mentio in simbolo.

Unde dicitur dici in omnibus diebus dominicis: et in festo trinitatis: et in natali et in circumcissione et in epiphania: in pascha et in ascensione: et in penthecoste in festo omnium sanctorum: in transfiguratione domini: et in festis beate virginis: et omnium apostolorum et sancte crucis. In alijs autem solennitatibus non dicitur. Dicitur autem simbolo sequitur offeritorium: quod dicitur ab offerendo quod tunc offerimus ea que sunt necessaria ad missam. i. panem vinum et aquam: et sacerdos offert ista deo dicendo. Suscipe sancta trinitas etc. et facit signum crucis super panem et vinum: ad hoc ut deus ea sanctificet. Et nota quod sacerdos benedicit aquam et non vinum. Quia aqua significat populum qui indiget



a. pars.

benedictione rei: vinum significat xps qui est super omnia benedictus: et in hoc terminatur prima pars missae: quae est ad populi instructionem et peccatorum neque ad tantum sacramentum. Sequitur secunda pars missae que est ad materie consecrationem. Et ista habet quatuor partes. Prima dicitur secreta. Secunda prefatio. Tertia canonicus. Quarta dominica oratio. Recepta ergo ablutione sacerdos si bi lauat manus et rediens ad altare inclinatus se profunde dicens. In spiritu humilitatis etc. ad denotandum quod mundiciam et innocentiam vite et humilitatem et contritionem cordis efficitur quis dignus minister huius sacramenti. Et erigens se vertit ad populum dicens. Orate fratres etc. Et ideo illi qui audiunt debent orare pro eo: dicendo illud ps. Exaudiat te dominus in die tribulationis etc. vel dicatur. Dominus sit in ore tuo: et in corde tuo et suscipiat sacrificium de manibus tuis et de ore tuo pro sua et nostra omnium salute. Tunc sacerdos dicit sub silentio secreta. Et est sciendum quod totidem secreta et eodem ordine et de eisdem debent dici quod collectae preces ferunt ante in exordio missae ante epistolam: et non plures neque pauciores. Et dicitur secreta quoniam secreta pronuntiatur: cum tamen olim alta voce diceretur. unde etiam ab omnibus laicis sciebatur: sicut quod narrat magister Joannes Belleri in summa sua.

Contingit semel quod quando die pastores quidem super lapidem quendam ponerent panem et dicerent secretam et alia verba canonis super panem

eorum: qui ad verborum eorum prolationem panis in carnem conversus est in quos divinitus acerrima vindicta facta fuit. Namque omnes ictu fulminis mortui sunt. Et ideo statutum fuit ut decreto ista sub silentio dicerentur ita quod nesciantur a laicis. Alia ratio est: ne vilescant sicut sacra scriptura tradita est obscure ne vilescat.

Postea sacerdos dicit alte per omnia secula seculorum, et responso amen: sacerdos non vertens se ad populum salutat ipsum dicendo: dominus vobis saluum. de qua saluatione et eius responsione dictum est supra, et quia in isto sacramento requiritur magna elevatione mentis ad deum. ideo sacerdos dicit. Sursum corda: quasi dicat habere sursum corda elevata iuxta verbum apostoli dicentis. Que sursum sunt querite: et populus quasi obediens dicit. Habemus ad dominum. scilicet corda elevata ad dominum. Et quod pro omnibus que deus nobis contulit gratias ei reddere debemus subiungit sacerdos. Gratias agamus domino deo nostro. Et populus quasi consentiens respondet: dignum et iustum est.

Postea sequitur prefatio: et dicitur quasi prelocutio. id est ministerium preparatio. id est quod in prefatione nominantur aliqui angelorum ordines: quia in missa angelos esse presentes credimus: et etiam assistere sacerdoti. Dico prefatio. subiungitur cantus angelorum scilicet Sanctus sanctus sanctus tu minus deus sabaoth. id est exercitus etc. Et ista idem est quod obsecro salua. Et dicitur ter Sanctus ad denotan-

dum trinitatem personarum: quia dicitur primo Sanctus pro persona patris. Secundo pro persona filii. Tertio pro persona spiritus sancti. Et dicitur dominus deus in singula ad ostendendum quod una est essentia in tribus personis: et sumitur istud de Isaias. Isaias enim dicit se vidisse seraphim clamantia Sanctus sanctus sanctus. Unde nos cantica angelorum cantamus: quia per hoc sacrificium homines assumi ad angelorum ordines non dubitamus: et ideo cum eis in excelsis saluari clamamus. Postea dicitur alius versus. scilicet Benedictus qui venit etc. qui versus sumitur de evangelio Matthei. xxi. Luce. ix. quod est liber crucifixi. et in isto verbo significamus christum in mundum venisse et ab eo saluari clamamus. Postea dicitur canon et incipit canon in Te igitur et durat usque ad Hanc igitur et dicitur canon quod est nomen grecum: et vult dicere in latino regula: et ideo canon id est regula: quod per huiusmodi verba regulariter fit huiusmodi sacramenti consecratio: vel quod celebrans in oibus debet se regulariter habere. Et totum quicquid continetur in isto canone excepto Hanc igitur: totum dicitur sub silentio. Et causa est triplex. Primo est quod dominus non attendit clamorem oris: sed cordis. Unde dicit beatus Bernardus. Non clamor sed amor intrat in aure dei. Secunda causa est ne minister qui cum summa devotione et reverentia et recollectione mentis debet dicere et proferre omnia verba canonis ne longo clamore deficiat vel impe-

diatur a sua devotione. Tertia causa est ne per frequentem et quo idianum usum verba vilescant: et in locis non competentibus dicantur et siciant in ruinam: ut supra dixi de pastoribus.

In quodam enim decreto prohibet sub anathemate: ut nullus nisi sacris vestibus indutus et in libro et super altare consecratus proferat verba canonis. Et ideo quod vir pollutis labijs ego sum: et ista sacratissima verba sunt archana que non licet homini loqui peccatori de ipsis taceo. Hoc tamen bene dico quod nulli propria auctoritate nisi domino papa licet aliquid subtrahere de eis vel addere. Notandum tamen est quod canon signanter incipit per istam litteram. T. quae antiquitus fiebat ad modum crucis: quoniam sacrificium quod fit virtute istorum verborum perficitur et est memoratorium dominice passionis unde christus qui instituit istud sacramentum dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Et quoniam ista verba habent efficaciam a passione christi: unde imago christi debet ibi depingi: in istis sacratissimis verbis fit oratio generalis pro ecclesia sancta catholica et pro papa qui est caput ecclesie et pro episcopo. et credo quod debet intelligi de episcopo in cuius die ocellus dicitur missa. et de episcopo etiam qui ordinavit celebrantem. Oratur etiam pro rege qui est dominus temporalis. Oratur etiam pro omnibus orthodoxis. id est christianis catholice et apostolice fidei cultoribus: que verba exponuntur in tertia parte operis huius quando agitur de Credo



in deum. Sed per ista verba exclu-
duntur scismatici heretici indei sarra-
ceni et pagani. Postea fit oratio speci-
alis pro illis quibus est obligatus sa-
cerdos et credo quod sicut eis est obliga-
tus ex ordine charitatis; ita tenetur
eos ordinare ita quod primo ponat illuz
cui primo est obligatus et sic de alijs
ita tamen quod si specialiter dicit missam
pro aliquo; quod virtutem sacrificij refer-
rat ad ipsum; et non propter hoc exclu-
ditur quin possit et debeat orare pro
alijs. Est tamen circa ista orationes
aduertendus quod oratio mentalis et non
vocalis; et ratio potest assignari quod nunc con-
plex. Prima ut sacerdos sit magis
recolleclus et attentus; quod sermo aliquo-
tiens impedit intentiones. Secunda ad
ostendendum quod deus non attendit clamorem
oris sed cordis; ut dictum est. Nota
duz est quod nullus fidelis cuius occurrat
memoria debet excludi ab ista orati-
one; immo quilibet cuius specialiter
occurrit memoria; est specialiter deo com-
mendandus; aliter sacerdos peccaret.
Nota dicitur et quod sacerdos antequam di-
cat missam; potest facere istam orationem
vni si sacerdos antequam dicat missam; di-
cat mentaliter deo. Domine deus in missa
intendo tibi recomendare istum vel istam
postea in missa sufficit quod dicat men-
taliter illoz quos ante tibi recomen-
daui. Postea notantur multi sancti et sancte
quod omnes pro christo sacrificauerunt exponen-
do se morti; et ista quo ad nunc suffici-
ant quantum ad verba canonis. Sed
sciendum aliqua de signis que fiunt in
canone. Unde sciendum est secundum quod dicit
dominus Iuocetius in libro sancte crucis

signationis que fiunt in missa sunt. xv.
et fiunt in septem vicibus et significant
expresse passionem christi. Prima vice fi-
unt tres dicendo illa verba. Hec do-
na hec munera etc. et significant trinam
traditionem christi. Nam primo fuit tra-
ditus a deo patre; qui cum in mundo
misit. Secundo a iuda proditore qui eum
prodidit et vendidit. Tertio a iude-
is qui eum Pilato ad crucifigendum tra-
diderunt. In secunda vice fiunt quinque
cruces dicendo illa verba. Benedicite
et ascriptam etc. et significant quinque
personas que fuerunt in passione christi videlicet
persona christi venditi persona iude
vendentis et persona mentium que fue-
runt tres. Pontifices pharisei et scri-
be. In tertia vice fiunt due dicen-
do illud verbum Benedixit. Quod ver-
bum dicitur primo super panes. secundo su-
per vinum. Et fiunt ille due crucez pro-
pter conuersionem duplicis materie. scilicet
panis et vini. In quarta vice fiunt
quinque dicendo Hostiam puram hostiam
sanctam etc. et significant quinque
vulnera que christus pertulit in cruce.
In quinta fiunt due vna super cor-
pus christi alia super sanguinem dicen-
do illa verba. Sacrosanctum filij tui
corpus etc. et significant vincula qui-
bus christus fuit ligatus et flagella quibus
fuit flagellatus. In sexta fiunt tres
dicendo illa verba. Sanctificas vini
ficis benedicis etc. et significant tres
crucifixiones christi. Nam primo
fuit crucifixus linguis iudeorum. Se-
cundo sententia pilati. Tertio mani-
bus militum. In septima fiunt quinque
tres cum corpore super calicem; et due

3

5

2

5

2

3

5

25

3. pars

a latere; et significant tres cruciatus
scilicet passionis pro passionis et com-
passionis; et aquam et sanguinem que flu-
erunt de latere christi. Et sic fiunt in vni-
uerso viginti quinque crucez; qui est nu-
merus cubicus ad designandum quod
quantumcumque multiplicetur sacrifici-
um semper est vniuersum. Et istud sufficit de
signis; et per prius de secunda parte misse
que est ad materie misse consecrationem.
Sequitur tertia pars; que est ad sa-
cramenti susceptionem. Et in ista pre-
prio sacerdos frangit hostiam; tres
partes; quarum prima significat cor-
pus christi militum; et fideles qui peregrin-
antur in mundis. Secunda illos que sunt
in purgatorio. Tertia illos qui sunt
in paradiso. Et dicitur. Per oia secula
seculorum; et responso Amen. dicitur. Pax
domini sit semper vobiscum; faciendo
tres crucez cum parte hostie. et signifi-
cant quod per mortem christi fuit pax inter
deum et hominem reformata. Et dicitur ter-
tium Agnus dei. Agnus dicitur ab agnon
quod est pium; quod christus sua pietate nos re-
dimat; vel ab agnoscendo quod solo ba-
lati matrem suam agnoscit. Sicut christus
pius in passione sua matrem suam agno-
uit. Et ideo dicitur Agnus dei. quod christus in
cruce pendens tria agnouit. scilicet patrem
suum ei obediendo; et genus humanum
redimendo; et matrem virginem; virgi-
ni commendando. Et dicitur bis miserere no-
bis et ultimo dona nobis pacem ad oste-
ndendum quod in mundo isto et in pur-
gatorio indigemus misericordia dei;
et in paradiso habebimus pacem et re-
quiem opulentam. In missa pro de-
functis dicitur dona eis requiem; quod

missa pro eis dicitur ut erentiant ad requi-
em paradisi. Postea ponit vnam
partem hostie in calice; et significat ut
dictum est mortuos qui sunt inebriati gloria
paradisi secundum illud psalmi. Inebriabuntur
ab ubertate domus tue; et torrente vo-
luptatis tue potabis eos. Postea
accepto panis osculo secundum alios
a calice secundum alios ab altari; dat pacem
diacono et ille sub diacono; et sic per
illos descendit ad alios ad designan-
dum quod pax dei que desperat omnem sen-
sum per christum descendit ad prela-
tos; et per prelatos ad subditos et signi-
ficat etiam quod omnes qui volunt esse
participes huiusmodi istius sacramenti
debent esse vinculo pacis et charita-
tis vniti. Postea dicitur quod quadam ora-
tione; sacerdos recipit istud sacramen-
tum sacratissimum sub specie panis et
vini. Laicis autem non datur sub
specie vini propter periculum effusio-
nis. Post susceptionem sacramen-
ti debet recipere aliquid de vino et
ablucere os nisi esset aliam missam il-
la die celebraturus. et sic terminatur
tertia pars misse que est ad sacramenti
susceptionem. Sequitur quarta
pars que pertinet ad gratiarum actio-
nes; in qua primo cantatur commu-
nio; et dicitur a com quod est simul et vnio
quasi simul vnio. ad tenendum quod
virtute huius sacramenti sumus per
charitatem vniti deo et proximo.
Postea dicitur post communionem id
est quedam oratio que sic vocatur; quod
dicitur post communionem et debent
dici eodem numero et eodem ordine.

4. pars

d 3



quibus fuerunt dicte collecte ante epi
solam et eodem modo terminari.

Postea salutato populo et responso
Et cum spiritu tuo: dicit sacerdos. Ite
missa est. et est sensus. ite post me ad xps
et sequimini cum qz missa est hostia
pro vobis ad deū. patre placandū vel
ite ad propria quia missa ē completa.

Et nota quod Ite missa est nō dicitur
nisi quando dicitur Gloria in excelsis
deo: sed debet dici Benedicamus domino.
Et in missa pro mortuis Requiescant in pace.

Si autem queratur quare in fine cuiuslibet misse
non dicitur Ite missa est. respondeo
Corpus christi mysticum quod est ecclesia
sua est triplex scilicet qz est in celo glorificatum
id est sancti qui sunt in paradiso. Aliud qd
ad huc in terris ambulat id est fideles qui
sunt in mundo isto. Aliud quod iam recessit
de hoc mundo: non tamen adhuc est in paradiso.
id est fideles qui sunt in purgatorio. licet
ergo quilibet missa totum corpus christi
mysticum recipiat sicut pater per triplicem
hostie partitionem. tamen secundum istam
triplicem differentiam conuenit missas
tripliciter appropriari.

Quedam enim celebrantur ad honorem
sanctorum. Et quia ipsi sunt iam coram deo.
idcirco in talibus missis licentur populis
et dicitur Ite missa est: quasi dicatur: festinate
ingredite in illam requiem. Quedam autem
specialiter celebrantur ad salutem viuorum:
et quia non sumus certi de salute nostra:
ideo debemus esse solliciti ne per nostram
ignozantiam vel ignozantiam in nobis missa
efficacia

euanesat. Ideo dicitur in istis missis in
fine omni tempore Benedicamus domino
secundum illud prophete Benedicamus domino
in omni tempore.

Quedam dicitur specialiter ad requiem
defunctorum: et in illis dicitur: Requiescant
in pace.

Et nota qz sacerdos vertit se ad populum
quinquies: et septies salutat eum quod
quinquies vertit se ad populum significat
qz christus quinques apparuit in die
resurrectionis sue id est

Primo Marie magdalene in orto
Secundo mulieribus cunctibus et reduntibus
de monumento.

Tercio beato Petro sed ubi vel quā
hora nescitur: et ideo quando vertit se
sacerdos non loquitur alte.

Quarto apparuit discipulis quā in
trauit ad eos ianuis clausis. et Thomas
non erat cum eis.

Quinto apparuit duobus discipulis
cunctibus in emaus.

Quod autem septies salutat populum
significat qz virtute misse salutes consequamur
eternam in qua habemus septem dotes.
quattuor ex parte corporis et tres ex parte
anime. Nota est quod illud qz sacerdos
incipit missam in dextera parte altaris
et postea tendit ad sinistram et iterum redit
ad dextram significat qz xps de dextera
patris venit ad sinistram mundi: et erit
in die ascensionis redijt ad dextram
patris iuxta illud Joannis. Et in a patre
meo et veni in mundum: iterum relinquo
mundum et vado ad patrem.

Si autem queratur vtrum canon
debeat dici tarde an cito. id est an
debeat

sacerdos multum morari in canone
dicendo an non? Dicendum est qz sacerdos
debet esse bona maturitate et magna
attentio dicere omnia verba canonis
nō dicitur tibi morari multum ne
mulse morietes. id est diabolice rērationes
placent suauitate vnguētū. id est suauitate
huius sacrificij: qz voluntas hominis
mutabilis est: et nunquam in eodem statu
permanet et ideo in figura fuit dictū
filijs israel quod comederent agnum
pascalem festinanter. Notandum est
qz missa nunquam debet dici sine lumine.
Et ista sufficiat de ritu misse: licet multa
alia possent dici.

De defectibus qui possunt accidere
in missa. c. xi. quarti tractatus
principis.

Si maius periculum intendi
tur ubi est plenius consulendum
et qz in celebratione misse nisi
debito modo fiat imminet maximus
periculum: ideo de defectibus qui
possunt in celebratione misse contingere
debent summopere precauere. Et si
contingant sunt ut melius poterit
corrigendi. Potest ergo defectus esse
in missa ante consecrationem vel in
ipsa consecratione vel post consecrationem.
Ante consecrationem potest esse defectus
si non ministratur debita materia.
puta si loco vini ministratur aqua.
Unde ponatur qz sacerdos vel ille qui
seruit illi missa ponit in calice aquam
credens esse vinum album: quid debet
facere sacerdos? Dicendum est qz
sacerdos aut percipit istum errorem
ante consecrationem aut post. Si
percipit ante consecrationem: debet
aquam

ejicere et ministrare vinum cum aqua
et sic peragere ministerium suum. Si
autem aduertat post consecrationem
corporis aut aduertat antequam
sumat corpus christi: tunc debet ministrare
vinum cum aqua in calice et
reincipere ab illo loco simili modo
et proficere qui totum usque ad
finem. Si autem aduertat post
sumptionem corporis debet
ministrare vinum hostiam nō
psecratam et ponere vinum cum
aqua in calice et reincipere in
principio canonis secundum
quosdam tamen credo qz
sufficeret reincipere ab illo
loco Communicantes et
memoriam etc. et perficere
ministerium suum. Et si dicas
quod forte iste non percipit
istum errorem quousque
sumpsit aquam que loco
vini posita in calice: sic
non est ieiunus: et sic videtur
qz non debeat celebrare in
istis calicibus. Dico qz istud
est tenendum pro regula
generalis qz quando cumque
sunt duo precepta: fortius
magis obligata mō circa
celebrationem misse sunt
duo precepta vnum est qz
missa dicatur a ieiunio:
aliud est quod sacramentum
integrum perficiatur. id est
quod celebrans semper
conferat sub utraque specie.
id est panis et vini: constat
autem qz preceptum de
integritate misse sacramenti
fortius est qz preceptum
qz sumatur a ieiunio cum
illud respiciat sacramenti
essentiam istud vsum
sacramenti: quare quantumque
iste sumpsit aquam et sic
nō sit ieiunus nihilominus
tamen debet facere sicut
dictum est: qz habeat. id est
hostiam non psecratam: et
vinum et aquam et
reincipiat a principio
canonis: et ab illo loco
co-



municantes et memoriam etc. et sic totum proficiatur usque ad finem. Sed quid si ille qui ministravit vinum in calice non apposuit ibi aquam: quid faciendum est in hoc casu. Dico quod si sacerdos advertit istud ante consecrationem sanguinis deberet ponere aquam in calice et sic consecrare. Si autem advertit post consecrationem sanguinis: debet conteri de negligentia et procedere in missa: quia vinum est propria materia huius sacramenti: et non aqua ut dictum est supra debet tamen admisceri ex quadam congruitate.

Sed quid si sacerdos advertit venenum esse in calice immixtum vel araneam vel muscam: nunquid debet sumere. Lente quantum ad venenum vel araneam dico quod non, ne calix vite fiat sibi calix mortis: sed sanguis ille debet poni in aliquo vase mundo et apto: et debet poni inter reliquias cum aliqua scriptura notificante ibi sanguinem esse christi et quod non sumatur ab aliquo: quia speciebus illis est a mixtum venenum. Et nisi sacerdos sumserit corpus debet ponere aliud vinum in calice cum aqua et reincipere ab isto loco simili modo etc. Si autem sumserit corpus: debet habere aliam hostiam ut dictum est supra.

Quantum autem ad muscam ut dictum est supra: dico quod propter muscam non debet dimittere quin sumat non tamen credo quod debeat transglutire muscas ut quidam dicunt: sed sufficit quod lauaretur et lotio sumatur. Si autem timeatur ne vomitu comedat aliquid prohibens vomitum: et musca

comburatur: cinis in sacrario referuetur. Et idem dico de aranea: quia sic debet comburi et in sacrario referuari. Sed ponatur quod quando sacerdos elevat hostias: apparet ibi speciem pueri vel carnis: quid fiet tunc. Dico quod aut apparet ita oibus aut sacerdoti tantum: aut populo tantum: si autem apparet ita oibus aut sacerdoti tantum in isto casu debent effundi preces et orationes ad deum ut revertatur ad speciem panis: et si fiat debet sumi sine autem debet haberi alia materia et consecrari et sumi a sacerdote: si autem non apparet sacerdoti sed populo tantum debet sumi a sacerdote. Sed potest contingere quod calix cadat et sanguis effundatur: quid ergo faciendum tunc. Dicendum quod quicquid est agendum in isto casu docetur ex quodam decreto in quo dicitur sic. si per negligentiam aliquid stillaverit in terra lingua lambatur et tabula radatur et si non fuerit tabula ut non concilietur locus radatur et in igne consumatur et cinis intra altare condatur. et sacerdos quadraginta diebus peniteat. si super altare stillaverit calix sorbeat minister stillam et tribus diebus peniteat. si super linteum alterius stillaverit et ad illud stilla supervenerit quatuor diebus peniteat. si usque ad tertium stillaverit et stilla pervenerit novem diebus peniteat. Si usque ad quartum viginti diebus peniteat et linteamina que tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice supposito. et aqua ablutionis sumatur et in aliquo vase iuxta altare condatur.

Si quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiam euomerit si laicus est quadraginta diebus peniteat.

Clerici vel monachi diaconi vel presbyteri septuaginta diebus peniteant Episcopi peniteant nonaginta diebus si vero causa infirmitatis euomerit septem peniteant. Ista habentur de conse. di. ij. c. si per negligentiam.

Si quis per ebrietatem euomerit, tunc materia illius vomitus debet accipi et comburi et cineres iuxta altare recondi: que penitentia ista debet esse. dicunt aliqui quod omnibus diebus illis debet ieiunare pane et aqua et cessare a communione. Alii dicunt quod sufficit quod faciat aliquam abstinenciam vel dicat aliquas orationes. Sed pone aliquis sacerdos induit se ad missam: et postquam iam processit in missa recolit se aliquod peccatum mortale commississe: de quo non fuit confessus vel recolit se excommunicatum: fuisse: quid faciet iste sacerdos: si procedit videtur peccare mortaliter: quia iudicium sibi manducat et bibit. Si autem ex toto dimittat magnum scandalum in populo generat. Dicunt quidam quod talis sacerdos non debet dicere verba consecrationis: sed simplicem hostiam debet sumere: sed istud non est verum: imo est erroneum: quia faciendo sic videtur graviter peccare: quia talis videtur deum illudere faciendo irreverentiam sacramento et populum decipit: quoniam facit idolatriam et ita se abstringit. Ista habentur extra de celebratione missae. capitulo de homine. Et ideo dico quod si non potest dimit

tere missam absque scandalo: quod voleat atque peniteat et coneratur de peccato suo voleat etiam quod ita tarde penitet et proponat confiteri quam cito poterit habere opportunitatem et consecret in nomine domini quia in isto casu sumus sacerdos absouit eum: et licet quidam dicant simile esse in sententia excommunicationis: tamen credo in isto casu si sacerdos non processit ad consecrationem: debet dimittere fingendo se ipsum infirmum vel habere aliquam necessitatem legitimam et si non potest voleat et proponat se facere absolui: et credo quod quantum ad illud punctum est absoluitus a summo sacerdote: et hoc quantum ad culpam. Utrum autem sit absolutus quantum ad penam irregularitatis non determino quo ad nunc.

Sed pone quod sacerdos habet conscientiam quod omisit aliquid de verbis canonis: nunquid debet ea repetere. Dico quod habet conscientiam probabilem et quasi certam aut conscientias leuem et scrupulosam: si habet conscientiam certam vel multum probabilem quod dimisit aliquid de verbis canonis: debet repetere potissime si habet talem conscientiam de verbis consecrationis: quia non intelligitur iteratum quod dubitatur supple probabiler vel nescitur esse factum: ut dicitur de consecratione distinctione quarta cum nulla extra de presbytero non baptizato ministrante capitulo veniens debet tamen ut credo sacerdos habere istas intentionem si dixi verba ista non intendo ea repetere cum intentione consecrandi: sed si non dixi: nunc di



co ea ar. extra de bapti. & eius effectus
capitulo secundo: Propter autem le-
nem & scrupulosam conscientiaz non
debent iterari huiusmodi verba. Et
ideo sacerdos multum debet esse at-
tus & re collectus quando dicit hec ver-
ba. Sed pone sacerdos quando di-
cit missam faciendo signa cuius hostia
fore propter frigus vel in aduerren-
tiam vel aliquid aliud cadit hostia in
sanguinem: quid debet fieri? Dico qd
debet eam dimittere ibi; nec extrahat
eam inde sed sumat cum sanguine: qz
signa & fractiones que fiunt cum ho-
stia magis fiunt in significatione qua
sunt de essentia missae. Pone etiam
qd propter frigus sanguis congelatur
in calice. Tunc sacerdos tantum de-
bet exaltare in calice qd libebat: tamen
credo qd tutius esset qd calix inuolue-
retur in pannis calidis; & si non profi-
ceret: qd poneretur in aqua feruenti;
cauendo tamen ne aqua intreret.
Sed pone sacerdos quando dicit
missam moritur aut percutitur aliqua
infirmirate: ita qd non potest finire
missam: quid faciendum est in isto ca-
su. Dico qd circa materiam istam est
vna regula generalis scilicet qd sem-
per ille qui dicit missam debet sume-
re & perficere istud sacramentum si pos-
sibile est: & si non potest alius debet su-
mere & perficere loco eius. In casu er-
go proposito dico qd sacerdos aut mo-
ritur aut impeditur ante inceptionem
canonis aut post. Si ante non est ar-
randum. Si post aut ante consecra-
tionem aut post. Si ante alius sacer-
dos debet se induere & incipere vbi ipse

dimisit. Sed si moriatur vel impedia-
tur post consecrationem; alicuius sa-
cerdos debet supplere quod manet sup-
plendum & suscipere sacramentum.
Sed ponatur qd moritur vel impedi-
tur post qd sumpsit corpus & anteqm su-
mat sanguinem. In isto casu dico qd
alius sacerdos debet sumere sangui-
nes & complere officium missae. Sed
pone qd mus vel aliqua alia bestia
sunt species consecratas. Dico qd si pos-
sent extrahi ab alio animali species il-
le deberet aperiri & species ille reuer-
ter reponi in sacrario & animal com-
buri & cineres intra altare recondi.
Sed pone aliquis sacerdos tanto
tempore reseruauit illa species qd sunt
iam putrefacte vel corrupte quid debet
fieri de istis speciebus. Dico qd istud i
materia ista habendum est pro regula
generalis quod tam diu manet sub istis
speciebus corpus est sanguis christi qd
diu manet substantia panis & vini &
tam cito sub istis speciebus desunt esse
corpus christi & sanguis quam cito de-
sunt ibi esse substantia panis & vini &
ideo si ille species venerint ad tantam
corruptionem qd substantia panis & vi-
ni non maneret sub eis iam non est ibi
corpus & sanguis christi: ideo non de-
bet sumi sicut consecrate: sed sacer-
dos post qd sumpsit in missa corpus xpi
sumat eas reuerenter sed non vt consecra-
tas. si autem non venerint ad tantam
corruptionem: quin sub eis possit ma-
nere & maneret substantia panis & vi-
ni debet sumi vt consecrate. Sed
quid si ex illis speciebus corruptis sunt
generati vermes quid debet fieri de illis

lis vermibus; dico qd debent combu-
ri & cineres circa altare recondi & sa-
cerdos ex cuius negligentia ista acci-
dunt debet grauiter puniri. Et ideo sa-
cerdos debet cauere ne nimis longo
tempore reseruet eucharistiam neqz re-
seruet eam in loco nimis humido. ita
qd ille species possunt de facili corrum-
pi. Hec circa sacramentum eucharis-
tie & eius ministerium & ornamenta
perstrinxi breuiter vt simplices in ali-
quibus certitudinem inuenirent & in
alijs que longum tractatum exigunt
dare eis occasio cogitandi dubitandi;
& interrogandi etc.
Continuatio ad subsequencia.
Radinem in huius libelli pn-
cipio positum proseguendo:
dico de sacramentis que p-
ducunt promouent & conseruant ho-
minem in esse spirituali: que sunt ba-
ptismus, confirmatio & eucharistie sa-
cramentum. Dicendum est nunc de sa-
cramentis que si ceciderit homo faci-
unt vt reuertat. Et ista fiunt per peni-
tentiam que sanat hominem a pecca-
to & sacramentum extreme vnctionis
que sanat reliquias peccatorum veni-
alium. Verum quia in secunda par-
ticula huius opusculi agitur de confes-
sionum audientia & penitentiarum i-
positione: Ideo tractatus de sacra-
mento penitentiae vsque tunc differa-
tur. ne oporteat sepe reiterare eadem.
Quia etiam dignus debet procedere
minus dignum; Sacramentum au-
tem ordinis est dignum sacramento
extreme vnctionis ideo primo dicen-
dum est de sacramento ordinis quam

de sacramento extreme vnctionis;
Tractatus quintus prime partis
de sacramento ordinis.

Via conferre sacramentum
ordinis de iure & regulariter
ad solos episcopos pertinet qui vnctio-
nem sacram que eos teste beato Jo-
anne de omnibus edocet receperunt
ideo circa materiam sacramenti ordi-
nis pauca dicam. cum sanctos ac ve-
nerabiles episcopos sic habeo in pa-
tres & dominos & habere desiderem
in magistris. Verum quia sacerdoti-
bus omnibus tota eorum potestas in
collatione ordinis tribuitur. ideo ali-
qua de sacramento ordinis expedire eis
scire que sub breui compendio comp-
benda. Et quoad nunc ad quinque pol-
sunt reduci de quibus per ordinem est
agendum.
Primo quid est ordo
Secundo quot sunt ordines.
Tertio si in quolibet ordine incipitur
tur character.
Quarto in quo actu ipsius caracte-
ris cuiuslibet ordinis.
Quinto que requiruntur in suscipi-
e ordines.
Quid est ordo .c.i. quinti tractat⁹
prime partis.
Rdo ab Hugone de sancto
victore describitur sic. Ordo
est signaculum quoddam in
quo & p quod spiritualis potestas seu
officium tribuitur ordinato & ponitur
ibi potestas quo ad ordines proprie di-
ctos; sed officium ibi ponitur quo ad
ordines communiter dictos.

Hugo.



do potest esse episcopus. et istud videt
sentire illud capitulum de exco. prela. ex
tris. Ordo enim sacerdotalis est q
si substantiale fundamentum ordinis
episcopalis.

In quo actu imprimi character cu
iustis ordinis. c. v. quinti tractatus pri
me partis

Isto q in quolibet ordine im
primuntur character. videndum e
i q actu imprimuntur in quolibet or
dine. Et est sciendum q cum i sacro
ordinis character sit res sacro; oportet
q ad impressione characteris concurrat
duo q requiruntur i omni sacro. s. ali
quod sensible signum q est materia sa
cramenti et aliqua vba determinata q
sunt forma sacramenti. i actu ergo in
quo imprimuntur character in sacro ordi
nis os q sint ista duo. et ista sunt tra
ditiones alicuius instrum. deputati ad exe
cutionem illius ordinis et prolatio ali
quor. vboru. In ordine ergo sacer
dotij imprimi character fm Thomaz
in traditione calicis cum pane et vino
et probatione vborum que tunc dicit
epus. s. Accipite potestatem psecrandi
et c. Alij dicunt q in vncione ma
nuum imprimi sibi character. Primum tñ
reputo verius. In diacono imprimi
tur character in traditione libri euange
liorum cum verbis ad hoc deputatis.

Subdiacono imprimuntur character
in traditioe calicis: tamen sine pane et
vino: per q differt a sacerdote cui tra
ditur cum pane et vino. Acolito
imprimuntur: vt quidam dicunt in tra
ditione candelabru. Tho. dicit q i tra
ditione vtioli: et istud reputo veri q

proculus directius respicit eucharistia
q candelabrum. Exoraste impri
mitur in traditione libri exorcismoru.

Lectori in traditione libri lectio
num prophetarum. Hostiario i tra
ditione clauium ecclesie. Ita tamē q
in quolibet ordine dicant simul cu tra
ditione instrumenti vba ad hoc depu
tata quia sine vbis nihil fieret. Cre
do etiam q non sufficit q episcopus
porrigat huiusmodi instrumenta: imo
os ordinatus corporaliter tangat ea
cu istud videant sonare vba forme q
pferit epus oñ porrigit hñ instra: vñ
dicit: Accipite. et ideo aduerte circa h
diligenter qlibet ordinand.

Que requiruntur in suscipiente or
dines. c. v. quinti tractat. prime par
tis.

Quoniam fm philosophu act
q actiuor non sunt nisi in patie
te dispositio: id v ordinis di
gnerecipiant sciendum q ad h q ordi
nes rite et legitime et digne recipiant
in generali requirunt quattuor. Pri
mus est sexus debitus scilicet q sit ma
sculus: vnde mulier non posset ordina
ri: nec posset accipere characterem ali
cuius ordinis clericalis: vt dicit. Am
bro. super epistolam ad Thimoteum.
et habetur distin. xxxij. mulier et xxxij.
q. i. mulierē. extra de sen. excom. demo
nialibus. Rō autem quare mulier nō
potest recipere characterem alicui⁹ or
dinis est quia christus qui fuit iustu
tor: sacri ordinis non promouit aliquā
mulierē ad aliquem sacrum ordinē li
cet enim beata Maria dignior et ex
cellior fuerit aplis vniuersis: nō tamē

S. Thomas

Ambrosio

illi sed istis dominus clauis regni ce
lorum comisit: extra de peni. et remis.
noui. Et si forte in aliquo capso inue
niatur mulier vocari diacomissa vñ p
sbytera. intelligendū ē q illa vocaba
tur super quā fundabatur aliqua bene
dictio: rōne cuius conseqebat aliq
beneficiū spūale. forte legendi omeli
am in matutinis: vel aliquid aliud q
nō liceat alijs monialibus. Presbyte
ra autem appellat que fm morem pri
mitiue ecclesie erat vxor presbyteri: vñ
aliqua vidua curam de rebus ecclesie
habens ad instar matris familias vo
cabatur presbytera: et ita exponēda sūt
omnia capitula que loquuntur de ma
teria ista. Secundum quod requi
ritur est etas legitima. Circa quod est
sciendum q licet doctores canonū fa
ciant multas barengas circa materiā
istam. videmus tamē occulta fide rē
poribus nostris ad sacros ordines p
moueri pueros i barbes: imo vidimus
aliquos ad dignitates et personatus et
etiam ad episcopatum ad cardinala
tum infra tempus taxatum ad subdia
conatus susceptionem promotos. Et
quia ex dispensatione sit sedis aplica
q a spū sancto regit non debz ab aliq
reprobati. Istud tñ regularitē tenen
dum: quia nisi in fauorem religionis
fiat nullus debz pmoueri ad ordines
subdiaconatus nisi compleuerit deci
mum octauum annū: nec ad ordinem
diaconi nisi compleuerit vigesimū
annum: nec ad ordinē sacerdotij: nisi
attigerit. xxx. annum. Credo tamē q
dñi episcopi si necesse fuerit in h dispē
sare possunt et dispētant q uortidie p

ut erigit ecclesie necessitas: q i oibus
istis debet attendi. Tertium q re
quiritur est mox honestas: cum pote
dignitatum vel ordinum infamibus
et suspectis patere nō debeant: vt lxxx.
di. dicitur extra de iure iuran. relatu.
Super omnia requiritur in pmouen
do ad ordines seu ecclesiasticas digni
tates q sit bone fame et honestus in
moribus et vita: cui⁹ cōditiois sit et q
mores debeat promouēdus ad sacros
ordines habere ostendit Apostolus
in epistola ad Thimoteū: et in episto
la ad Titum: ita dicens. Oportet epi
scopum sine crimine esse vnius vxoris
virum: sobrium: pudētē: pudicū: orna
tum: hospitalē: doctorem: non vinolen
tum: non percussorē: modestū: non liti
giosum: non cupidū: non neophyrum:
domui sue bene ppositus. Et licet ista
auctoritas videatur intelligi de episco
po tñ tñ fm Augustinū et Ambro
extendenda est ad alios ordinandos
di. lxxxij. cognoscamus. Notan
dum etiam q de singulis conditioni
bus positis in auctoritate pdicta mul
ta essent dicenda: tñ quia requirerent
magnum tractatum: quasi superficialitē
pertranscundo pauca dicam. Dicit
ergo primo sine crimine q non est in
telligendum de omni crimine cuz ne
mo sine crimine viuat. Et vt dicit Hie
ronymus Res pene contra naturā ē
vt aliquis sine peccato sit: et intelli
gendus est de crimine enormi vel me
diocri vulgariter notorio. Et no
ta q existens in peccato mortali quo
cumque: siue manifesto siue ocul
to peccat mortaliter recipiendo sa

S. Paulus

S. Augustinus et S. Ambrosius

Episcopi possunt dispensare sup etas



cros ordines sicut in recipiendo alia sa-
 cramenta di. 40. multi. di. 95. illd. ii. q.
 3. audi. Et ideo dicitur qd qd piteri anq re-
 cipiat sacros ordines. Secdo dicit
 vnius vxoris virum et istd est intelli-
 gendum negatiue. i. non plurium di.
 82. posuisti. qz si intelligeretur affir-
 matiuē sequeret qd n̄ gines et q nullas
 habuissent vxorem non possent pmo
 ueri; quod est absurdum; et loquit apo-
 stolus fm morem primitiuē ecclesie; i.
 qua licitū erat ordinatis habere vnā
 vxorem; dūmodo hūissent eam n̄ ginē
 modo autem non est licitum; cum vo-
 tum castitatis sit sacris ordinibus an-
 nexum. De bigamis quare non pmo
 uentur; et quid ē bigamus; et quot mo-
 dis corrabit quo ad nunc taceo; quia
 excederet metas huius tractat. **A**lie
 conditiones. s. sobrium; prudentē; et ce-
 tere satis sunt notē; et ideo d̄ eis nihil
 dico. **N**otādū autē qd de diuersis ca-
 pitulis de corpore iuris de cretozū et de
 cretalium colliguntur alie cōditiones
 que non debent esse in ordinādo; v3 qd
 non sit solemniter penitens; non curi-
 nalis; non seruus seu ad rōcinia obli-
 gatus; non corpore viciatus non de p-
 bytero vel de alias illegitime natus;
 non adultus in egritudine baptizat⁹;
 non peregrinus vel ignotus; non mi-
 noris etatis. De quolibet istorum pfe
 qui exigeret maiorem tractatus q̄ p-
 sens opusculum exposuisset. **Q**uar-
 tum qd requiritur est p̄tia litterarum
 Unde ordinandus et promouend⁹ ad
 regimen animarū d̄z habere notitiā
 et p̄tiam facere scripture ad aīas ifor-
 mandas et propter hoc statutum ē in

ecclesijs metropolitanis teneant do-
 ctiores theologie; et qd clerici exētes
 puinciam ad audiendum theologiā
 percipiant integre stipendia sua et si n̄
 sufficiunt eis; ecclesia debet eis neces-
 saria ministra ret; extra de magistris
 qd nōnulli. Debent hēre etiā p̄tiaz
 scripturarum secularium; et hoc ad eru-
 ditionem vt possint discernere verum
 a falso et per eas hēre aditum ad theo-
 logiam; ideo statutum est vt teneant
 magistri liberalium artium in singu-
 lis ecclesijs cathedralib⁹; et i alijs qua-
 rum possunt sufficere facultates; qui
 earundē ecclesiarū clericos; et alios sco-
 lares pauperes gratis instruat pp̄ qd ali-
 quod cōpetentes beneficiū magro in
 ecclesia assignentur extra. c. palegato
 et intelligo d̄ sciētijs trinalibus scilicet
 grammatice; logica; rethorice et ma-
 xime de grammatice; quia quadriniales
 sciētie. s. arismetica; geometria musi-
 ca et astronomia; pap̄ aut nihil faciūt
 ad sciētiās pietatis vt ait Hierony-
 mus di. 37. si quis grammatice. de hoc
 scilicet quam sciētiās debent habe-
 re sacerdotes; require. s. in proemio hu-
 ius libelli. Et licet multa alia circa
 mām sacramenti ordinis possent dici
 ista tamen sufficiant ad hoc qd p̄tis li-
 bellus exposulat. **T**ractatus se-
 ptus de extrema vnctione.

Unc de sacro extreme vnctio-
 nis dicēdū ē. **C**irca qd p̄side-
 randa sunt septem.
Primo que est eius materia,
Secdo que est forma eius.
Tertio quis est eius minister,
Quarto quis eius effectus.

Quinto quibus debet dari.
 Sexto in quibus partibus corpo-
 ris debet fieri.

Septimo et vltimo vtrum debe-
 at iterari.

De mā huius sacri. c. i. sexti tracta-
 tus prime partis.

Ateria sacri extreme vnctio-
 nis ē oliū oliuaz ab ep̄o be-
 nedictū. Et rō qre oleū oli-
 uaz ē mā hui⁹ sacri ē institutio xpi q
 instituit istd sac̄ fieri i oleo qn̄ aplos
 misit vngerē infirmos et sanare eos.
Et huic cōcordat promulgatio beati
 Jacobi qui dicit. Infirmatur quis i
 vobis inducat presbyteros ecclesie et
 orent sup euz vngetes euz oleo sancto

Et ē sciendū qd qn̄ in scripturis iue-
 nit simpliciter oleū; intelligi d̄z d̄ oleo
 oliuaz; qd illud est simplex oleus; alia
 aut nō s̄ fuerūt inuēta pp̄ defectū istī
 .s. oleū nucū et oleū lini et similia; vel
 pp̄ aliquā medicinā; sic oleū amigda-
 laz vel oliuz lauri et silia. **R**ō autē cō-
 gruetie qre tale oleū ē mā hui⁹ sacri ē
 qz p̄prietas hui⁹ olei maxime puenit
 istī sacro et eius effectui. **E**st. n. oleus
 mitigatiū doloris. ideo ponitur i vul-
 neribus sauciati. **U**nde ille samarita-
 nus infudit oleū in vulneribus sauri-
 ati; vt d̄ in Luca. **S**z effectus istius
 sacri ē mitigare dolorem tam spiritu-
 alem q̄ p̄alem; vt dicit infra quādo
 agetur de effectu istius sacri qre oleū
 oliuaruz est propria materia istius sa-
 cramenti. **N**otādū autē qd ad
 hoc qd oleus sit p̄p̄tia et conueniēs mā
 istius sacri d̄z qd sit primo ab ep̄o be-
 nedictum; et istud innuit beatus Ja-

cobus qn̄ dixit. **U**ngentes eum oleo
 sancto. i. sanctificato. **R**atio istī⁹ qua
 re sic d̄z qd sit sanctificatum posita est
 supra in tractatu de confirmatiōe. c. iij.
 vide eam ibi.

De forma extreme vnctionis. c. iij.
 sexti tractatus prime partis.

Oma istius sacri sunt vba
 que dicit sacerdos qn̄ iungit
 infirmū. s. p̄ istā sanctā vnctio-
 nes et suā p̄ssimā misericordiā indul-
 geat tibi deus quicquid peccasti per
 visus per auditū et. **I**ta qd in ista for-
 ma tāgitur virtus istius sacri de qua
 virtute dicitur infra quando dicitur
 de eius effectu. **E**t sciendū qd diffe-
 rentia est inter formas alioz sacramē-
 toz. et istius qz forme alioz sacramē-
 toz sūt indicatiue; vt patet discurre-
 do per singulas; s̄ forma istius sacra-
 menti est optatiua; vt p̄ insipienti.

Notādū autē qd i missali ambro-
 siano inuenit ista forma. **U**ngo oca-
 los tuos et aures tuas et. et per istam
 sanctam vnctionem et. **D**e hoc autē
 non est curandū; sed forma qua vritur
 romana ecclesia est obseruāda. **S**i
 autē aliquis querat qre in forma istī⁹
 sacri romana ecclia magis vritur ver-
 bo optatiuo q̄ in alijs formis. **D**icen-
 dum qd istud est quia vt dicitur infra
 istud sacm̄ non d̄z dari nisi in recessu; et
 ideo sicut moris est qd illis qui sūt in
 recessu optatur salus; ita ecclesia i for-
 ma ista optat salutem recedentibus
 ex hac vita.

De ministro huius sacri. c. iij. vi.
 tractatus prime partis.

Minister huius sacri est presbyter
et non alius. Unde nullus nisi
sit presbyter potest ministrare
illud sacrum: illud presbyter ex inducra aucto-
ritate beati Jacobi. Infirmus quis in
vobis inducat presbyteros ecclesie etc. R. d.
autem que solus presbyter est minister huius
sacri etc. quod ille qui habet dispensare sacra cor-
poris christi multum oportet beatum potestatem
super corpus christi verum. Sed ille est solus pre-
sbyter. que solus presbyter habet ministra-
re sacra nec est instantia de baptismo
quod baptismus est sacramentum maxime neces-
sitarium: et ideo oportet beatum ministrum maxime
eodem modo videatur supra de baptismo. c. iiii.

Utrum autem oporteat quod sint plures
presbyteri vel sufficiat vnus? Uidetur ex
auctoritate allegata quod sint plures: quod
dicitur presbyteros in plurali. Et hoc in quarto
suo videtur dicere quod si non posset esse
plures sufficit vnus cum ministris. Ita
tamen quod semper vnus debet coniungere et dice-
re verba: et si aliquis profecerit moriatur vel
impediatur aliter alius debet perficere illud
quod remanet perficiendum.

De effectu istius sacramenti. c. iiii.
sexti tractatus prime partis.

Effectus istius sacri est iste. Si
autem est in infirmitate corporali
ita suo modo dicitur in infirmitate
et spirituali. In infirmitate corporali sic est
quod posito quod aliquis sit curatus ab infir-
mitate adhuc remanet in eo quedam
debilitas corporalis pueniens ex pri-
stina infirmitate. ideo indiget duplici me-
dicina: et alia que sit debilitatis que rema-
net reparatiua. Sic et spiritualiter infir-
mitas spiritualis est peccatum. Unde psalmista

persona peccatoris. Misere mei domine
quonia infirmus sum etc. Sanatio
medicina istius infirmitatis est penite-
tia. sed postquam homo sanatus est ab ista
infirmitate: adhuc remanet in eo que-
dam debilitas spiritualis: et per istam debi-
litate ordinatur illud sacramentum. unde effe-
ctus istius sacri est sanatio istius debi-
litate spiritualis. Est autem alius effe-
ctus quod per ipsum venialia peccata et ob-
lita mortalia remittuntur et gratia habita
augentur vel non profertur. Est etiam ali-
us effectus: quod si sit expediens anime susci-
pientis sanitas corporis sibi restituitur
virtute huius sacri. Probant autem omnia
ista per auctoritates inductas. Infirmus
manet quis in vobis inducat presby-
teros ecclesie et orationes super eum vngentes
cum oleo sancto: et alleviabit eum dominus a lan-
guoribus suis: et si in peccatis fuerit di-
mittentur ei.

Quibus debet dare extrema unctio. c.
v. sexti tractatus prime partis.

Et predicta auctoritate colligi-
tur quod illud sacramentum non debet dari
nisi infirmis: quod dicitur Infirmus
quis in vobis: non autem debet dari quibus
cumque infirmis sed solum illis qui sunt in pe-
riculo et propinqui morti: qui cum deuoti-
one aut precerant illud sacramentum posito et quod
sunt frenetici. Cum enim illud sacramentum sit sa-
cramentum excommuni non debet dari nisi ex-
communicatis: vel illis qui sunt propinqui
ad exitum ab hac vita.

In quibus partibus corporis debet vngi
c. vi. sexti tractatus prime partis.

Quia purgata materia medicina
applicari debet periculis patienti
ideo materia peccati purgata per penitentiam: istud

sacramentum quod est medicina ut dictum est contra
debilitatem cerebri et peccata debet ap-
plicari membris que sunt organa sensuum
per quos morbus peccati in animam irrat
Unde in sacro isto debet coniungi oculi:
aures: os: nares: manus: pedes: et renes
ita quod ad oculos dicatur. Per istam san-
ctam unctionem et suam proximam misericor-
diaz indulgeat tibi deus quicquid de-
liquisti per visus. Ad aures per audi-
tus. Ad os per gustum. Ad nares per
odoratum. Ad manus per tactum. Ad pe-
des per gressus. Ad renes per ardorem
libidinis. Premitendo in singulis.
Per istam sanctam unctionem. Sed quod
fiet de ceco a natiuitate qui non pecca-
uit per visus: vel de surdo qui non pec-
cauit per auditum: vel de clauo qui non
peccauit per gressum: debet coniungi in
istis membris. Dico quod sic: quod cecus li-
cet non peccauerit videndo: tamen pec-
cauit forte inordinate visum appeten-
do: et ideo de clauo et de surdo. Esto
etiam quod aliquis non haberet oculos
vel alia membra in quibus sit unctio
debet tamen coniungi in locis circum-
vicinis propter rationem iam dictam.

Utrum extrema unctio debet iterari. c.
vii. sexti tractatus prime partis.

Utrum in isto sacro non imprimatur
caracter. manifestum est quod
potest iterari: cum homo possit mul-
totiens ad mortem infirmari. Utrum
autem in eadem infirmitate possit mul-
totiens coniungi. Dico quod infirmitas
quedam sunt breuis terminationis:
sicut synochia vel synochus vel caisson
facienda statim cum homo peccavit vel potest differri usque ad tempus statutum in decreta licet omnibus vtriusque sensus. scilicet usque ad quadragesimam. Ad cuius evidentiam sciendum est quod nos possumus loqui de confessione vel quantum ad propositum interius; vel quantum ad verbum exterius. Si primo modo sic dicunt ceteri omnes doctores quod tenetur proponere confiteri quando tenetur primo de peccato preterito. quod sine proposito confitendi & satisfaciendi non dicitur peccatum in contritione. Et de eo primo conteri. quod sicut dicitur est super praeterita semper quando occurrit memoria de peccato tenetur homo dolere & conteri de eo modo quo dictum est super praeterita. licet etiam fuerit ipsius confessus tamen ex quo semel est legitime confessus non tenetur iterum confiteri. De hoc tamen magis dicitur infra quam agitur de iteratione confessionis. Sed si loquamur de confessione actuali; quoniam scilicet homo tenetur actualiter confiteri in ista materia sentiunt diversimode doctores.

Quidam enim dicunt indistincte quod quando cum aliquis peccaverit non tenetur confiteri ante pascha; sed bene tenetur confiteri; & fundant intentionem suam ex duobus.

Primo quod preceptum de confitendo est preceptum affirmativum; & ideo non obligat nisi pro loco & tempore determinatum ab ecclesia est quadragesima. ideo nullus ante quadragesimam tenetur profiteri; nisi esset in periculo mortis.

Secundo quod actus confessionis non est necessarius ad iustificationem quod per

contritionem est iustificatio & ita confessio est solum necessaria ex precepto & obligatione ecclesie; & ecclesia non erigit ante pascha nisi periculum mortis imineat; ergo ante illud tempus nemo tenetur confiteri; nisi in casu mortis.

Alii dicunt quod peccator existens in peccato mortali tenetur statim quando habet discreti & idonei sacerdotis copiam & peccati commissi memoriam profiteri peccatum suum; nec obstat decretalis illa omnia vtriusque sensus; quod illa decretalis non dicit usque tunc differatur; sed dicit quod non differatur ultra. sicut ecclesia prohibet ne quis ultra annum remaneat in excommunicatione; non tamen dat licentiam remanendi usque ad illas horas. Item cum illa decretalis non fuerit edita pro negligentibus imo sine negligentibus si antequam illa decretalis esset edita peccator tenebatur confiteri statim quando se offerebat oportunitas; sic videtur quod teneatur post eius editionem. Que istarum opinionum sit verior; nescio tamen dicere sicut prima opinio videtur periculum dicere sicut secunda; videtur mihi durum. Sanctus thomas de aquino in quodam questione de quibus ponit aliquos casus in quibus tenetur existens in peccato mortali statim confiteri.

Primus est quando est in infirmitate de qua eminent sibi pericula mortis. Et iste casus potest colligi ex his que ponuntur extra de peccato & re. cum infirmitas corporalis.

Secundus casus est quando habet facere aliquid de quo eminent sibi periculum mortis; hoc pro tempore illo sit sanus si cur si haberet transire mare vel longam



vias facere vel aliquid aliud tale.
Tertius est si h3 aliquid facere qd
 existens in peccato mortali nō pōt fa-
 cere sine peccato mortali: sicut si habe-
 ret dicere missam vel recipere vel mi-
 nistrare aliquod sacm ecclesie.

Quartus casus est quādo commi-
 sit aliquod peccatum de quo curatus
 suus non potest absolvere eum et ha-
 bet copiam alicuius qui potest absol-
 vere eum et timet qd tempore statuto
 non poterit habere copiam tunc tene-
 tur statim confiteri.

Quintus casus est quādo consci-
 entia sua dicit sibi statim eē confiten-
 dus; qd aut teneatur deponere eā aut fa-
 cere fm eas; cum non sit erronea: sed
 salubris. Omnes n. dicunt qd h3 non
 sit necessarium statim p̄fiteri: ē tamē
 multuz p̄gruū: iuxta dictū sapiētis di-
 centis. Ne tardes p̄ueri ad dominū
 et ne differas de die in diē. subito enīz
 veniet ira illius; et i tempore vindicte
 disperdet te ira qd. Ricardus i sum-
 ma sua ponit quinq̄ rationes propter
 quas est multum utile et congruū sta-
 tim cōfiteri. Prima est pp̄ incerti-
 tudinem hore mortis. Unde domi-
 nus i euāgelio beati luce. Veniet do-
 minus serui illius in die qua non spe-
 rat et hora qua nescit: et partē eius cui-
 infidelibus ponet. Tres diuini promit-
 tenti sibi longā vitā fuit dicitur. Stul-
 te hac nocte reperent aīam tuā a te: et
 ea que cocernasti cuius erunt.

Secunda est qd morans in pecca-
 to semp̄ accumulatur peccatū peccato; et
 per consequens penā pene: vnde apo-
 stolus ad romanos. An ignoras quā

benignitas dei ad penitentiā te addu-
 cit: h3 duritiā tuā et impenitēs cor the-
 saurizas tibi ratiū in die ire et reuelā-
 tionis iusti iudicii dei qui reddet vni-
 cuiq̄ fm opera sua. Et osce dicit ma-
 ledictū mendaciū futuruz homicidiuz
 inundauerunt: et sanguis sanguinem
 retigit. i. peccatuz adduxit peccatum.
 Unde Greg. Peccatū qd p̄ p̄nias nō
 diluitur: mox suo pondere ad aliū tra-
 hit. Tertia est quāto maiorē moxē
 fecerit in peccato tanto magis elon-
 gabitur a deo et p̄ cōsequens tanto di-
 ficilior erit p̄uersio iuxta illud qd cōiter
 dī. Qui non ē hodie cras ininus ap̄-
 erit. Et Qui. Principis obsta sero-
 tarde medicina parat. Luz mala per
 longas p̄ualuere moras. Et ps Dne
 q̄ elōgant se a te peribūt. Quarta
 ē qd in magna egritudine vix pōt ali-
 quis penitere seu etiā de peccatis co-
 gitare: vnde Hieronymus. Cū egrit-
 tudine opprimeris vix potes aliud co-
 gitare quā sentis: et illud rapit inten-
 tio mentis vbi ē vis doloris. Multa
 enīz vix dicit Aug. Decurrūt tūc ipe-
 dimenta. nam morbus viget: pena te-
 net filij vroz: mundus que illicite di-
 lerit etiā ad se vocat. Tene q̄ cercum
 et dimitte incertū. i. age penitentiā et
 p̄fiteri dum sanus es et non differas
 vsq̄ ab infirmitate iuxta consiliuz sa-
 pientis dicentis. Tuus et sanus con-
 fiteberis. Quinta qd nisi peccator
 in vita ista audiat dñm clamantes qd
 confiteat et faciat penitentiā clama-
 bit postea ipse ad dñm et nō exaudie-
 tur: exemplum de diuicie epulante qui
 in inferno sepultus non est exauditus

etiaz pro vna gutta aque. Non est q̄
 differenda vel tardanda confessio. Is
 est multuz vtile et congruuz qd statim
 fiat. Ricardus autē in quarto suo sup
 sententias loquens de materia ista
 dicit qd aliter censenduz ē in casu isto
 de religioso et aliter de laico. Naz re-
 ligiosus cū totum tempus uite sue sit
 sibi tps penitentie habita copia sacer-
 dotis idonei si peccauerit mortalit cre-
 do qd teneatur sine mora confiteri. Et
 itelligitur sine mora sicut recta ratio
 ordinabit. Laicus vero rationabili-
 ter pōt expectare tps quadragesime
 qd est tps p̄nic: vnde cum illud tps sit
 magis opportunum eis ad satisfaciē-
 dus et confitendum si expectent illud
 rationabile est iudicare qd nō peccent
 duz tñ proponat firmiter tunc tps cō-
 fiteri. De clericis autē n̄ iudico: p̄siliuz
 autem sanuz do qd omnes qui cadunt
 per mortale p̄fiteant statim cū possint
 nō. n. videtur vere cōtritus qui tādiu
 vulnus peccati portat occultuz verba
 sunt ricardi. Quicquid sit de mate-
 ria ista: credo in casibus quos ponit
 lan. Thomas de necessitate teneri
 quelibet statim habita oportunitate cō-
 fitendi credo etiam qd cōsiliuz ricar-
 di sanum sit et salubre: et o3 exequi euz
 diligentia et virtute.

Qui est facienda confessio. c. iiii.

Nota ille cui ē faciēda cō-
 fessio sacralis o3 qd beat cla-
 ues. vidēdū ē p̄mo d̄ clauib⁹

Notandū ergo primo qd nomē cla-
 uis translatur ē a corporalibus ad spi-
 ritualia. clauis enim in corporalibus
 est instrumentū ad remouendū aliqd


obstaculum qd impediēbat ne posset
 haberi additus ad domuz. Sic etiaz
 in spiritualibus illud qd remouet pec-
 catuz mortale qd est obstaculuz ad in-
 grediendū regnuz celeste: vocat̄ cla-
 uis. Et ista clauis est triplex. Nam
 quedā est clauis auctoritatis: et istam
 h3 solus deus. Unde de ista clauē lo-
 quebantur iudei duz dicebāt: quis po-
 test dimittere peccatū nisi solus deus
 quasi dicerent nullus. et hoc verum ē
 auctoritate. Alia est clauis excellen-
 tie: et hanc habet xps homo. et de hac
 clauē loquitur ysaias in persona dei
 loquēs de xpo dabo clauēz dauid sup
 humerum eius. Et dicitur xps homo
 clauem excellentie habere in quantū
 per passionem suam satisfecit pecca-
 tis nostris: et non solum pro nostris;
 immo pro totius mundi natura hu-
 mana. vt dicit beatus Joannes. Et
 hoc verū est quāru3 ad efficaciaz: vel
 dī habere xps homo clauēz excellētie
 inquantum effectum sacramentozum
 potest dare sine sacramentis. Ter-
 tia ē clauis ministerij: et istā clauē hāt
 oēs sacerdotes: et datur eis in collatio-
 ne ordinis sacerdotalis: et de ista fuit
 dictum Petro: tibi dabo clauēz regni
 celoz. Et de istis clauib⁹ loquimur
 hic. Sciendum ergo qd duplex est
 clauis ministerij. Una est scientia di-
 scernendi. Alia est potestas ligandi
 et soluendi. De scientia autem di-
 scernendi quomodo est clauis et quo
 modo non: et sic est alia clauis fm
 rem a potentia ligandi: et soluendi
 est magna diuersitas inter docto-
 res theologos; et ideo non dico ali-

quid amplius de ista materia: cum do-
minus papa Joannes qui nunc vivit
loquens de clauibus in quadam extra-
uagante sua: que incipit quia quorum
da: mentes faciat mentiones de ista
diuersitate doctorum: et nihil determi-
net: unde ex quo ipse reliquit indeter-
minatam. temerarium esset aliquid
determinare seu diffinire. Istud tam-
firmiter tenendum est quod iste clauis cui
libet sacerdoti dantur in sua ordina-
tione et iste clauis non possunt exire
in actum donec sacerdos habeat mate-
riam in qua agat: et hoc per permissiones
curie aiarum sicut habent episcopi vel
archiepiscopi et omnes alij habentes
curas aiarum: vel per priuilegium: si-
cut habent fratres predicatorum et mi-
nores et alij qui ex priuilegio domini
pape vel episcopi possunt predica-
re et confessiones audire. Item quid di-
mittat sacerdos virtute clauium repe-
ries ultra. c. r. huius tractatus. Ex his
ergo potest petere cui sit sacramentalis
confessio facienda. Et dico sacramen-
talis confessio ad excludendum confessio-
nes consiliariam siue directiuam: quam
scilicet peccator confitetur alicui peccatum suum
ut sibi super eo consulat et eum dirigat
non ut eius absoluat quod talis confessio
potest fieri alicuius bono viro: qui eum
potest iurare et consilium vel orando vel in-
struendo. Sed loquendo de confessione
sacramentali que fit per absolutio-
nes dico quod ex predictis patent due co-
clusiones. Prima est quod confessio
sacramentalis est facienda sacerdoti
et non alij. i. quod non debet nec potest fieri

nisi tantum habenti clauis: et iste est so-
lus sacerdos. Et ratio est quod absolutio
fit virtute clauium: ita quod nullus potest
absolvere in foro penitentium nisi habe-
at clauis: quod patet: quia ut dictum
est clauis ordinantur ad absoluendum
Istud tamen melius dicitur infra quam
agatur de potestate clauium. Sed nul-
lus habet clauis nisi sacerdos. et clauis
ues dantur in collatione ordinis sa-
cerdotalis: ergo non potest nec debet
fieri nisi sacerdoti. Et ita dicit Au-
gustinus. et ponitur de pe. di. vi. Qui vult
confiteri peccata sua ut inueniat gra-
tiam: querat sacerdotem. Secun-
da conclusio est quod confessio est faci-
enda proprio sacerdoti: et ista conclu-
sio patet sic. Licet enim ut dictum
est omnes sacerdotes habeant clauis
non tamen omnes habent materiam
in qua possunt exercere usum clauium
sed solum illi quibus commissa est cu-
ra animarum respectu illorum quo-
rum cura eis est commissa: et ideo so-
lum talibus est confessio facienda et
tales sunt proprii sacerdotes: ergo solus
proprius sacerdos est confessio faci-
enda. Et potest aliquis dicere quis
est proprius sacerdos est sacerdos par-
rochialis qui habet administrare sa-
cramenta ecclesiastica: et isti est con-
fessio facienda. Et videtur dicitur isto-
rum fundari in ratione ista. Illi de-
bet fieri confessio qui habet admini-
strare sacramentum eucharistie: ad hoc
enim datum est preceptum de confi-
tendo in quadagesima ut fideles di-
gne accederent ad sacramentum eucha-
ristie in pascha. Cum ergo sacerdos parro-

chialis sit obligatus et teneatur ex of-
ficio suo administrare sacramentum
eucharistie parochianis suis ideo omnes
parochiani sui tenentur confiteri si-
bi ad minus in quadagesima. Et ista
videtur esse intentio illius decretalis:
omnis vtriusque sexus: et illius ca. d. pe.
di. vi. pla. vit. Istud etiam videtur
de intentione sacre scripture in veteri
testamento: ubi dicitur proverborum.
xxij. Diligenter agnosce vultum pe-
coris tui. sed vultus pecoris sicut glo.
est conscientia que non potest cogno-
sci nisi per confessionem ergo oportet quod il-
le qui habet curam cognoscat confes-
sionem: quod non potest fieri nisi au-
diat eam. Hoc etiam idem videtur di-
cere scriptura in nouo testamento ubi
dicitur ad hebreos. vi. Serui obedite
per omnia prepositis vestris: ipsi enim
peruigilant quasi rationem reddaturi
pro animabus vestris. ergo si ille qui
habet curam tenetur reddere rationes
pro anima subditi videtur necessarium quod sciat
statum anime subditi: quod non potest fieri
nisi audiat eius confessiones quare oportet
quod quilibet subditus confiteatur curato
suo. Alij distinguunt de proprio et di-
cunt quod proprium dicitur duobus modis.
Uno modo dicitur proprium hoc quod diui-
ditur contra alienum. Alio modo
dicitur proprium hoc quod diuiditur in commune
et modo dicunt isti quod quilibet tenetur co-
fiteri proprio sacerdoti sicut quod proprium
opponitur alieno: non dicitur hoc quod oppo-
nitur communi. non constat et certum est quod si ali-
quis fuisse confessus peccata sua domino pa-
pe vel episcopo vel archiepiscopo suo fatuum et
temerarium esset dicere quod teneretur

57
illa peccata confiteri suo parrochiali
curato. Quia ergo isti qui ex priuilegio
predicant et audiunt confessiones (sunt
vicarij domini pape et episcopi: et co-
fessi eis non tenentur iterum confiteri sacer-
doti suo parrochiali: cum tales sint qui
si quidam priuilegijs particularibus. Et ideo
sicut confessus priuilegijs domini pape et episcopi
non tenentur iterum confiteri curatis
suis: ita nec confessus illis: et ita hodie
est determinatum per dominum nostrum
papa iohannem in quadam decretali sua
extrauagante que incipit vas electio-
nis. Istud etiam videtur esse de intentione
illius decretalis super cathedram: que
ponitur ex de pe. et re. in constitutionibus
domini cle. iij. dudum bone memorie ubi
dicitur quod frances predicatorum et minores
tantum habeant de potestate in confessionibus
audiendis quantum parrochialis sa-
cerdos de iure noscitur habere sed con-
fessi sacerdotibus parrochialibus non
tenentur iterum confiteri: ergo nec co-
fessi eis. Et sicut viam istam illa decre-
talis omnis vtriusque sexus loquitur de
sacerdote proprio: puta proprium diuidit
in commune. unde est sensus confiteatur proprio
sacerdoti: non alieno. Et quicquid sit
de hoc tamen si illi qui audiunt confessio-
nes ex priuilegio domini pape iduce-
rent sibi confitentibus: ad confitendum se-
mel in anno suis curatis bene facerent
et ad hoc inducantur in illa decretali
domini benedicti pape unde: iniquitas su-
it de ordine predicatorum: qui incipit in
cunctis et tenentur ad hoc: quia si illa
decretalis sit reuocata in quantum pri-
uilegijs decretali bonifacii que incipit super
cathedram: non tamen quantum ad alia



q̄ equitate p̄nent est reuocata.

Sed nunquid sacerdos parrochia
lis potest absoluerē subditum suum d̄
omni peccato. Dicendū q̄ Raymū^d
in summa sua ponit quinq̄ casus. de q̄-
bus parrochialis sacerdos non potest
se introuertere; nisi specialiter fuerit si-
bi cōmissum.

Primus est quādo est solēnis p̄nia
imponenda.

Secūds casus est q̄n peccatori ex an-
tece coicatio.

Tertius casus ē vbiq̄q̄ inuenit ir-
regularitatem cōtractam.

Quartus casus est de incendiarijs.
Istis quatuor casibus Hof. addit tres
ita q̄ vnus casus sit de publico pecca-
toze; sicut de publico blasphemio.

Sextus casus est d̄ incendiarijs.

Septimus casus est si sit consuetu-
do in episcopatu q̄ aliqua crimina ad
episcopū reuerentur; sicut obrinet p̄sue-
tudo in pluribus epatibus de homici-
dis. sacrilegijs. falsarijs. violatoribus
imunitatis ecclesiastice. sodomitis. in-
ceiuios. perurijs. et alijs enormibus
criminibus que episcopi sibi retinent
fm̄ q̄ eis videtur expediens; de quib⁹
non potest certa regula dari; sed vnus
quisq̄ sacerdos curatus habeat sino-
dale iuramentum quo se dirigat in via
ista. Dominus guilielmus durandi in
reperorio suo dicit q̄ ponere tot ca-
sus non est nisi auferre potestatem cu-
ratis cum possint omnia de iure que si
sunt eis expresse p̄hibita.

Notandum etiam q̄ Raymū^d
in summa sua ponit sex casus in quib⁹
vnus sacerdos parrochialis potest ab-

soluerē et audire confessiones subdito-
rum alterius sacerdotis.

Primus est cum ille extraneus de
liquid in parrochia sua.

Secūds est si mutauit domiciliū par-
rochia sua. sicut de scholaribus studē-
tibus parisijs vel alibi.

Tertius si sit vagabundus p̄ mū-
dum.

Quartus quādo aliq̄s h̄z sacerdo-
tem impitum vel maliciosū v̄l oīo suf-
ficientē et vult ire ad magis p̄ituz qui
sibi melius consulat potest ire ad eum
petita tamen p̄ius licentia et obtenta
a p̄prio sacerdote; et sacerdos tenetur
eam sibi dare.

Quintus casus est si aliquis volēs
facere longum iter. vt pote ire ad san-
ctum Iacobum v̄l ad quancūq̄ aliā
peregrinationem vel locum; petit licē-
tiaz a suo curato q̄ possit in itinere cō-
fiteri q̄ tūc quilibet qui p̄r audire cō-
fessiones poterit eius confessiones au-
dire

Sextus casus est q̄n est in articu-
lo neccitatis; quia in isto casu pote-
rit confiteri cuiq̄q̄ sacerdoti. In alijs
autem casibus p̄factis nō potest cō-
fiteri nisi potenti audire confessiones
vel ex commissione cure vel ex p̄ui-
legio. Sed quid fiet de militibus
siue nobilibus vel quibuscūq̄ alijs
qui habent domicilia in diuersijs par-
rochijs et per vnam partem anni mor-
rantur i vno domicilio; et per aliā par-
tem anni morant in alio; cui confite-
buntur isti. Dicendum q̄ tales debēt
confiteri illi curato in cui⁹ parrochia
habent domicilia p̄ncipalia; vel in

cuius parrochia morantur per maiore
partem anni. Sed pone hic ē vna
mulier fragilis et p̄ona ad peccatum
timere curato suo qui est leuis et lu-
bricus quod si confiteatur sibi q̄ solli-
ciet eam ad malū; vel q̄ reuelabit cō-
fessionem; nunquid cōfitebitur ista si-
bi. Dico q̄ si timeret verisim̄ et proba-
biliter de istis vel de aliquo istozū te-
ber perere licentias a curato suo quod
confiteatur alij; vel si p̄r h̄z copiam su-
pioris sicut ep̄i vel p̄narij sui vel ali-
cuius religiosi habitantis potestare au-
diendi confessionem confiteatur sibi.

Sed si ista non potest habere co-
piam alicuius istozū; et curatus suus
est ita maliciosus q̄ non vult dare si-
bi licentiam confitendi alij; quid fa-
ciet ista persona? Dico q̄ si timeret d̄ sol-
licitatione; cōmendet se deo orando q̄
eripiat eā a tentatione et tonet sibi p̄-
torem et constantiā resistendi et confi-
teatur in loco publico. Et deus qui re-
ste apostolo neminem permittit tem-
ptari supra id quod potest. sed faciet
eam tentatione p̄ouentam et adiuna-
bitur eam; et sic non commouebitur.
In casu autem vbi timere de reuelari-
one confessionis; credo q̄ si timor rō-
nabilis et nō leuis vel fatuus quod sine
licentia sua si ipse negaret eam ius cō-
cedit ei quod scilicet alteri habenti po-
testatem audiendi confessiones possit
cōfiteri; ita tamē q̄ sit i p̄posito qd̄ vbi
haberet curatum sufficientē cōfiteret
sibi sicut enim ille qui cōtrahit mati-
monij apponendo cōditionē inhone-
stam q̄ libam matrimonij priuatur iu-
re matrimonij. vt dicit. xxi. q. iiii. iter

cetera. xxi. q. ii. aliquando solet queri
extra de conditionibus appositis inde
c. ultimo. ita sacerdos non seruans ea
que sunt de sba cōfessionis. imo faciēs
contra ea est p̄uar⁹ iure qd̄ habebat
in audiendo confessiones. Lū ergo te-
nere secretum sit d̄ substātia confessio-
nis quārū ex parte cōfessoris; sacerdos
reuelans cōfessionē est p̄uar⁹ iure qd̄
habebat i audiēdo confessionē. Et id
si timeret iuste et rationabiliter q̄ iste cu-
ratus reuelaret confessionem; null⁹ te-
netur confiteri sibi. Tertius ē q̄ ista ra-
tio non concludit; nisi q̄ eū qui iam re-
uelauit confessionē; non q̄ eū qui reue-
laturus est; sed hoc facit sequens rō.
Iterum q̄ p̄ charitate institutū ē cō-
tra charitatē militare non d̄; sed con-
fessio instituta est pro charitate; q̄ qui
liber tenetur se diligere ad honorem
dei cum gl̄rificando et se ei humilian-
do et eū sibi reconciliando; ergo nō te-
netur militare contra charitatē seip̄m
p̄dendo et diffamando; quod fieret si
homo teneret cōfiteri illi de quo iuste
et rationabiliter p̄sumeretur q̄ reue-
laret confessionē. Unde Aug. orans
ad p̄niam et confessionē dicit. Nō di-
co q̄ tu te prodas; sed si aliquis p̄fite-
retur scienter alicui qui confessionē re-
uelaret p̄deret se; q̄ nō d̄ sibi p̄fiteri.

Sed pone proprius sacerdos est he-
reticus vel scismaticus vel simoniac⁹
vel excommunicatus; nunquid d̄ sibi
confiteri. Dico sine p̄iudicio q̄ non.
Et est ratio gn̄alis quantum ad cōs-
tales. Cum. n. participare cum exco-
municato in sacris sit peccatū morta-
le et cōs tales sunt excommunicati d̄ iu-



re: confessio sacramentalis sit sacramen-
tum quicumque talis confiteretur pecca-
ret mortaliter. Sed quantum ad here-
ticum est specialis ratio: quia hereticus
de facili poneret sibi confitentem ier-
rorem, vel induceret in desperationem
sicut fecerunt pharisei iudam, qui con-
fessus fuit eis dicens. Peccavi tradens
sanguinem iustorum, et ipsi loco boni co-
siliij dixerunt ei: quid ad nos: tu vide-
ris. Alterius pone dicitur comuni-
ter: et declarabitur infra quod nullus debet
diffamare vel accusare alium in con-
fessione: sed potest contingere quod si ali-
quis confiteatur curato suo oportebit
quod diffamet alium si curponatur aliq-
peccavit cum matre sua quod est bene nota
curato vel cum filia vel cum sorore et sic
cum iste sint note ut dictum est curato
remanebit diffamare apud eum. Dicendum
est quod talis debet confiteri si habe-
at opportunitatem tali qui non habe-
at noticiam istarum personarum. Un-
de talis debet venire ad curatum di-
cens domine habeo casum quem non
debeo dicere vobis ideo peto licentiam
alteri confitendi, et sacerdos tenetur eam
dare sibi: et ea habita debet querere sa-
cerdotem qui nullam noticiam habe-
at de persona cum qua peccavit. Et consu-
lo sacerdotibus curas, quod sint faciles ad
tales licentias concedendas: quod ex hoc
provenit duplex bonum. Unum est
quia exonerantur. Aliud est quia alij
apertius et melius ac securius confitentur
Sed non dicitur peccavit cum curato suo
tenet sibi confiteri. Dico quod cum vere-
cundia sit magna per satisfactionis et
illa non tantum verecundet de illo qui

est conscius sceleris quod de uno alio
mulier ista non debet confiteri illi: nec
ipse debet eam audire imo debet sibi dicitur
vade ad alium. tamen si confiteretur sibi et
ipse absolveret eam esset absoluta.
Sacerdos autem curat qui confite-
bit. Dico quod si quando sibi permittit cura
ipse peteret licentiam quod posset eligere co-
fessorem vel commissionem cure diceret sibi
episcopus ne ex hoc quod habes curam alio-
rum detrimentum anime tue pariaris
concedimus tibi quod possis eligere con-
fessorem idoneum qui te absolvere va-
leat esse multum securum tenetur ta-
men commaniter quod in commissione cu-
re tenetur talis licentia implicare alio co-
missio cure est sibi nociva. Sed non
quid ex hoc possunt confiteri simplici-
bus sacerdotibus: qui non habent au-
toritatem audiendi confessiones. Di-
co quod non de rigore iuris. Et est du-
plex ratio. Una quia iste non est mo-
dus dandi iurisdictionem ei qui alio non
habet. Alia quod licet curati sint licen-
tiam quod possint confiteri. tamen si non sunt licen-
tiam quod possunt eos audire: tamen credo
quod ex quo episcopi sciunt quod curati confitentur
illis: et ipsi absolvent et non prohibent imo dis-
simulat videtur eis dare tacite potestatem
audiendi et absolventi curatos. Nota
autem quod si aliquis sit in periculo mortis
et non posset haberi copia sacerdotis
potest et debet confiteri laico fidei et non
excoicatore: ita habetur de pe. di. i. quez
peniter de conse. di. iij. sanatum. Et
aug. Tanta est vis confessionis ut si
articulus necessitatis imminet et de-
est sacerdos: confiteatur proximo ita
tamen: quod talis confessio non est sacra-

et resit tibi illud quod est formale in sacro
scilicet potestas clavis: rone tamen bone vo-
luntatis quam pretendit in verecundia
quam incurrat absoluitur a deo et ille
quod audit confessionem tenetur orare pro
eo dicendo misereatur tui et si sciat vel
paternoster: ita tamen quod si cuadat piculum
tenetur iterum confiteri illi quod potest eus ab-
solvere.

De quibus est facienda confes-
sio. c. v.
e. Expedito quasi superficialiter cui
est confessio facienda: restat videtur
de quibus debet fieri. Et est sciendum
quod debet fieri de peccatis ita di. ps. Di-
xi confitebor adversus me in iniustitias
meas domino iniustitias dicitur. i. non iu-
sticias et in canonica Jacobi Confi-
temini alterutrum peccata vestra: non
bona vel virtutes sicut faciebat pha-
risens dicens: gratias ago tibi domine
quod non sum sicut ceteri homines forni-
catores adulteri: velut etiam hic pu-
blicanus: ieiunio bis in septimana: de-
cimas do omnium que possideo. debet
ergo fieri confessio de peccatis. No-
tandum autem quod peccatorum quedam
sunt venialia: quedam mortalia. Quam-
tum ad peccata venialia simpliciter lo-
quendo non sunt de necessitate con-
fitenda: cum enim de natura sua sint ve-
nialia quod etiam ipsum nomen importat:
possunt per se veniam consequi siue per
penitentiam anteriorem habendo: scilicet co-
nitionem in generali de ipsis siue per
exteriozem assumptam: sicut perper-
cussionem peccatoris et similia. Un-
de est notandum quod peccata venialia
multis modis remittuntur: etiam absque

confessione. Uno modo per percussio-
nem peccatoris. Alio modo per confes-
sionem generalem que fit in prima et
in complectorio et in principio missae.
Alio modo per benedictionem epi-
scopalem. Et idem credo non tamen
asserere de benedictione sacerdotis que
fit in fine missae. Alio modo per asper-
sionem aque benedictae: de conse. di.
iij. aquam salis aspersam benedicimus
ut ea conca aspersi sanctificentur.
Alio modo quando quis dicit devo-
te orationem dominicam. scilicet pater noster. et hoc
virtute illius verbi dimittit nobis de-
bita nostra. Alio modo ut dicitur aliq-
per ingressum ecclesie plecrate. Et telli-
go quod non ingreditur cam orationis. Alio modo
per devota susceptionem alicuius sacramenti
potissime sacri eucharistie: de conse. di.
ij. cum esse crimen. intelligo tamen quod di-
co sic vel sic venialia dimittit quando pro-
na non habet nisi peccata venialia quod si habet
mortalia nunquam sibi remitterentur ve-
nialia quousque mortalia essent dimis-
sa: quis autem peccata venialia quantum est
de natura sui non sunt de necessitate co-
fitenda tamen multum est congruum: ma-
xime viris perfectis sicut sunt religiosi
et prelati quod confiteantur quia pena eorum
multum minuitur virtute clavium.
Notandum tamen quod in casu con-
tingit quod homo tenetur confiteri pec-
cata venialia et hoc propter dubium sci-
licet quando dubitat probabiliter de
aliquo: utrum sit mortale vel veniale
Et quia si non peniteat de eo sicut de
mortali: discrimini se exponit: et ideo debet
confiteri sicut iaceret conscientia sua et iudicio
sacerdotis: relinquitur verum sit mortale vel ve-



niale: et confitendo sacerdoti quod non sit ni-
 mis pronus ad iudicandum esse pec-
 cata mortalia: sed potest dicere esse pec-
 catum et inducere hominem ad penitentiam
 et tunc etiam homo confitetur peccatum
 veniale propter ecclesiasticum statutum
 quod si non habet remedium proinde de ali-
 quo peccato mortali: quod cum ex statu-
 to ecclesie teneatur quibus confiteri infra quod
 dragmesima: talis teneatur confiteri: et cum
 non habeat peccata mortalia ideo quod con-
 fiteatur peccata venialia. Dicunt tamen alii
 qui quod sufficit quod presentet se sacerdoti
 dicens: domine ego non habeo conscien-
 tiam de aliquo peccato mortali: tamen
 presentio me vobis ut videatis meam
 conscientiam. Primum tamen puto securius.
 Tenendum est ergo non esse ne-
 cessarium confiteri peccata venialia sed
 quod talia sunt: est tamen multum utile et
 expediens ut teneatur quis ad confite-
 dum ea de bono et equo nisi in duobus
 casibus vel quia ligatur a conscientia
 scilicet quando dubitat utrum sit mortale vel ve-
 niale vel quod ligatur a constitutione eccle-
 siastica quod si non habeat mortalia que
 confiteatur. Quantum ad peccata mor-
 talia dico tamen manifesta que occulta te-
 netur quilibet distinxit et singulariter con-
 fiteri: et si exciderit a memoria sua te-
 netur laborare quantum poterit quod re-
 cordetur: quod autem teneatur confiteri pec-
 cata mortalia manifesta et confessio-
 ri pariter quod ad hoc quod sacerdos absoluat
 peccatores ideo quod sciant peccata ut de-
 cuius locum tenent: sed non possunt scire ut de
 us cuius locum tenent nisi dicatur in con-
 fessione: quod quantumcumque sit manifestum
 peccatum confessori debet sibi ipsum dice-

re in confessione. Unde sicut in foro iu-
 diciali non sufficit ut iudex sciat casum ut
 puara persona: imo oportet quod sciat eam ut
 iudex ita in foro penitentia non sufficit quod con-
 fessor sciat peccatum ut homo imo oportet quod
 sciat ipsum ut deus et quod dicatur sibi in
 confessione. Teneatur et confiteri pecca-
 ta que sunt occultata. Cum ratio est
 sicut in medico corporalis non potest
 dare salubre remedium nisi cognoscat
 infirmitatem ita confessor: qui est medi-
 cus anime nunquam potest imponere penitentiam
 salutarem nisi cognoscat peccatum non po-
 test autem cognoscere peccatum occultum
 nisi reveletur sibi in confessione: ideo er-
 go quod peccatum que sunt occultata con-
 fiteatur. Iustum est enim ut peccator qui non
 erubuit peccare in conspectu dei cui ni-
 hil potest occultari non erubescat peccatum
 confiteri homini: appet ergo quod peccata
 mortalia quecumque sunt sine ocula sine
 manifesta omnia et singula distinxit
 et singulariter sunt confitenda.

Sed nunquid circumstantie pecca-
 torum sunt confitende? Dicendum quod
 circumstantie peccatorum que sunt atten-
 dende in confessione in hoc sensu prin-
 cipaliter. Quis: quid: ubi: per quos: quotiens
 cur: quando: quibus: attendat anime
 medicamina dando. Quis: utrum ipse
 peccator sit masculus vel femina se-
 nex vel iuuenis: mobilis vel ignobilis
 liber vel servus: in dignitate vel offi-
 cio positus vel constitutus aut penitentem
 sane mentis vel insanus sciens vel igno-
 rans solutus vel coniugatus: claustra-
 li: clericus vel laicus: consanguineus
 affinis vel extraneus: christianus: be-
 reticus iudeus paganus: Quid utrum

commisit adulterium fornicationem
 vel stuprum: homicidium sacrilegium
 et similia. Item utrum illud quod per-
 petrauit sit enorme vel mediocre vel
 paruum. Item utrum sit manifestum
 vel occultum. Item utrum sit antiquum
 vel novum et similia. Ubi scilicet in lo-
 co prophanum an sacro in domo domi-
 ni vel alibi. Per quos: scilicet in mediato-
 res et inter nuncios: quia omnes tales
 faciunt participes criminis et damnatio-
 nis et ipse est reus pro peccatis eorum.
 Item per quos id est cum quibus et
 pro quibus et contra quos. Quotiens
 id est quotiens commisit adulterium
 vel fornicationem: et utrum unam vel
 plures: quotiens dixit proximo verba
 contumeliosa vel iniuriosa id est quo-
 tiens iteravit iniurias et similia vuln-
 erum enim iteratum tardius sanatur. Cur
 scilicet quali tentatione vel occasione
 hoc fecerit: et utrum prevenit ipsam
 tentationem vel occasionem vel fuerit
 prevenit ab ea. Item si sponte vel
 coacto et qua coactione conditionali
 videlicet an absoluta. Item utrum
 cupiditate an paupertate. Item utrum lu-
 do an nocendi animo et similia. Quo-
 modo id est de modo agendi et patien-
 di quod melius actu quam locutione
 scitur. Quando id est si tempore sa-
 cro: puta diebus festis quadragesi-
 ma vel diebus ieiuniorum vel alijs die-
 bus. Item si ante penitentiam aut
 post frangendo ipsam penitentiam.
 Item ergo circumstantie sunt que sunt
 in omni peccato attendende: quarum
 quedam respiciunt personam peccan-
 tis: sicut ista quis: quedam respiciunt

ipsum peccatum: et hoc vel quantum
 ad substantiam facti: et sic est quid: vel
 quantum ad modum agendi: et sic est
 quomodo vel quantum ad causam fi-
 nale et sic est cur: vel quantum ad cau-
 sas iuvantes et sic est per quos: vel quan-
 tum ad frequentiam actus et sic est quo-
 tiens. Quedam respiciunt tempus: et
 sic est quando quedam respiciunt lo-
 cum: et sic est ubi. Harum igitur cir-
 cumstantiarum quedam mutant spe-
 ciem peccati: sicut accipere rem alienam
 invito domino est peccatum furti: mo-
 do isti peccati addatur ista circumstantia
 ubi id est accipitur de loco sacro: iam
 mutatur species peccati quod non solum est fur-
 tus: imo est sacrilegium. Sicut cognoscere
 mulierem non suam est fornicatio: addatur
 ista circumstantia quod scilicet quod ista non
 sua sit coniugata: iam est adulterium vel
 quod sit virgo: iam est stuprum: vel quod sit co-
 sanguinea iam est incestus vel addatur
 ista circumstantia quod id est non cognoscat
 modo debito: iam mutat species: quod est peccatum
 contra naturam. Sicut inebriari de non sua non est
 peccatum mortale: addatur ista circumstantia
 scilicet quotiens: quod habet in usu quod inebri-
 et se: quod tunc est peccatum mortale.
 Similiter potest alium iniuriose et peccatum
 addatur ista circumstantia quis id est
 quod ille qui percutitur sit clericus: iam
 mutatur species: quia iam ibi est exco-
 municatio: et ita de alijs circumstantiis
 Quedam vero circumstantie non mutant
 speciem peccati: tamen aggravant peccatum
 Verbi gratia. Cognoscere solutus non
 suam est fornicatio: modo scilicet ad-
 datur ista circumstantia quando id est
 quod cognoscatur tempore sacro: licet non



mutetur spes peccati: tamen aggrauatur vel addatur ista circumstantia quid idest quod fornicator publice et manifeste: certe iam aggrauat peccatum et sic dicitur alijs criminibus vel circumstantijs. Quedam autem circumstantie alienant peccatum sicut percutere clericum est peccatum addatur ista circumstantia cur idest quod aliquis percutiat clericum iam minuitur peccatum, accipere rem alienam est peccatum: addatur ista circumstantia quando quod scilicet accipit eam tempore necessitatis: certe minuitur: et sic de alijs. Patet ergo quod circumstantiarum quedam mutant speciem peccati quedam aggrauant. Sed non mutant: quedam alienant. Modo dicitur circumstantijs mutantibus spem peccati: dicunt concorditer doctores quod sunt de necessitate confitende. Unde non sufficit dicere in confessione accipi rem alienam imo si accepta fuerit de loco sacro et quod exprimatut dicendo: accipi istud de ecclesia vel de tali loco. Non etiam sufficit dicere peccati cum muliere: imo oportet quod exprimatut utrum coniugata vel virgo vel consanguinea vel religiosa: et ita de alijs. De circumstantijs autem aggrauantibus sed non mutantibus peccatum est diuersitas inter doctores. Nam quidam dicunt quod tenentur confiteri de necessitate. Alij dicunt quod non de necessitate est tantum multum congruum et utile quod confiteantur: et hoc maxime viris pitis et intelligentibus et credo quod confessores debent interrogare de his circumstantijs: et potissime simplices de hoc tamen magis dicunt infra. De circumstantijs autem alienantibus dicunt doctores quod non debent confiteri nisi forte interrogarentur de eis. Ex dicitur per quod peccata tamen venialia que mortalia sunt confitenda. Que autem sunt peccata mortalia dicitur aliquando infra quod ageat de interrogationibus fidelis in confessione quod si poneret hic: oporteret iterum ponere ibi.

tibus dicunt doctores quod non debent confiteri nisi forte interrogarentur de eis. Ex dicitur per quod peccata tamen venialia que mortalia sunt confitenda. Que autem sunt peccata mortalia dicitur aliquando infra quod ageat de interrogationibus fidelis in confessione quod si poneret hic: oporteret iterum ponere ibi.

De additionibus quas debet habere confessio, c. vi.

Sciendum quod tibi est confessio moralium quod david per beta in secundo per penam ponit summarie additiones confessionis dicens. Dixi confitebor aduersus me iniustitias meas domino et tu remisisti impietatem peccati mei. ubi inuit quod confessio.

Primo dicitur esse premediata ideo dicitur dixi. i. in corde meo disposui.

Secundo dicitur esse aperta: non palliata: ideo dicitur confitebor. i. non palliabo.

Tertio dicitur esse accusatoria: ideo dicitur aduersus me. i. pro me non excusando nec defendendo me.

Quarto debet esse veracunda: ideo dicitur iniustitias. i. peccata de quibus homo verecundatur.

Quinto dicitur esse propria, ideo dicitur meas et non alienas.

Sexto debet esse meritoria: nam sequitur et tu remisisti impietatem peccati mei.

Ut autem magis particulariter procedamus notandum quod confessio ad hoc quod proficiat debet habere sedecim conditiones que continentur in his versibus. Sit simplex humilis confessio pura fidelis. Atque frequens: munda: discreta: libens verecunda. Fortis

et accusans: et sit parere parata. Dicitur ergo sit simplex. nam simplex dicitur quod sit sine plura. Unde confessio dicitur sine plura alicuius falsitatis dum non taceatur verum nec admisceatur falsum: et humilitatis cum. ubi Augustinus. Si humilitatis cum mentiris si non eras peccator: antequam mentiris mentiendo afficeris. Unde confitebis non celare quod fecerit nec dicere quod non fecerit: sed simpliciter et de plano narrare peccata sua: quod ut dicit sapiens qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.

Secunda conditio est quod sit humilis talis fuit confessio illius publicani de quo dicitur in Luca quod non audebat oculos ad celum levare: sed percutiebat pectus suam dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. et ideo recessit iustificatus: ideo dicit beatus Petrus. Humiliamini sub potenti manu dei: ut vos exaltet in tempore visitationis. quod ut dicit iob. Humiles spiritum suscipiat gloriam.

Tertia conditio est quod sit pura ut non fiat per ipsores: vel per vanam gloriam sed fiat pure et per deum: et non fiat timore seruili. i. timore pene inferni: sed timore filiali. i. timore offense diuine: sicut dicitur supra de contritione fiat et sine omni fictione. quod talis confessio est confessio lupi: de quo fabulose narratur quod semel confitebatur et confessor dicitur si bi. Pacis signa facis: aius tamen exprimo primum. quasi diceret. Licet pretendas contritionem et penam in facie: maliciam tamen retines in animo. Quarta conditio est ut sit fidelis. scilicet confitens que confessor sint in fide catholica. et fiat secundum doctrinam ecclesie: non secundum doctrinam hereticorum. ita et quod fiat sub spe venie: non sit

sicut confessio inde traditoris: quod postquam fuit optime confessus dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum desperaui de venia: et abiens laqueo se suspendit. Probant ista de pe. di. i. que penitet et di. vi. qui vult. Quinta conditio est quod sit frequens. Quod dupliciter intellegendum est. Uno modo ut si frequenter cecideret per peccatum mortale frequenter resurgat per penam: et hoc dicitur de pe. di. i. repiunt. Septies in die cadit iustus et c. ad hoc instant perfidi. Alio modo ut et eadem peccata frequenter confiteatur. Unde Augustinus. Quanto confitebitur pluribus que turpitudinem criminis tanto facilius consequetur veniam remissionis de hoc tamen quod ad hoc tenet quis ageat infra quod ageat de iteratione confessionis.

Sexta conditio est quod sit nuda: quod non dicitur confiteri per nuntium vel per episcopum: sed viua voce: i. ore proprio principaliter ut qui per se peccauit per se erubescat. Iterum non dicitur confiteri verbis vel nominibus criminum palliatis: sed quolibet peccatum suum suo proprio nomine quantumcumque turpe exprimat honeste tamen. i. omnes circumstantias quantumcumque turpes et abominabiles exprimat ut sic tota sanies apostematis expellat. De circumstantijs quoque sint confitende habet supra. c. precedenti. Nota est quod mutus potest et dicitur confiteri per signa: et homo qui est alterius lingue et ideomaticus: ita quod si confessor non intelligeret eum dicitur confiteri per interpretes et interpretes ita tenentur tenere secreta confessionis sicut sacerdos.

Nota est quod si aliquis scribat peccata sua in charta ut melius recordentur de eis et legat coram sacerdote: bene facit



Septima conditio e q sit discreta
 vt. s. distincte r separatim confiteatur
 singula peccata sua non cofuse iuxta
 illud ps. Lauabo per singulas noctes
 lectum meum: lauabo inquit in pfessio
 ne per singulas noctes. i. per singula
 peccata lectum meum. i. conscientiaz
 meam. Item vt eligat perituz iudice
 Aug. Sacerdotes quere qui te sciat
 ligare r soluere. Et quare supra cui e
 facienda confessio. Octaua con-
 ditio est quod sit libes. i. voluntaria:
 vt no sit sicut confessio a doctis. q co-
 actus cofessus e r lapidatus: sed sicut
 confessio dextri latronis in cruce: licet
 enis dolere debeat pp peccata que co-
 misit debet tñ gaudere pp vitas quas
 recuperauit: vnde couenit dolorem r
 gaudium ee simul r semel in eodem
 subiecto ps. Secundu multitudinem
 dolorum meorum in corde meo consola-
 tiones tue lenificauerunt animam meam.
 Noua conditio e q sit verecunda.
 Cum magna verecundia debet pec-
 cator confiteri: r sic merebitur veniam
 Augu. Laborat mens patiendō eru-
 bescentiaz: r quoniaz verecundum ee
 est magna pena. qui erubescit p xpo
 fit dignus venia. de pe. di. i. quem pe-
 nitet: non tñ debet ee tanta verecun-
 dia q pp eā diuinitat dicere veritate.
 Unde sapiens. Ne confundaris pro
 aia tua dicere veritates: quoniam e con-
 fusio adducens peccatum: r est confusio
 adducens gloriam. Decima condi-
 tio e q sit integra. vt. s. dicat oia pec-
 cata: non diuidendo ea inter duos sa-
 cerdotes. sed oia dicat vni. nihil peni-
 tus dimittendo. Deus. n. summe bo-

Augustinus

Augustinus

Solut.

nus opus imperfectiois no nouit aut
 totum homine sanat aut nihil. versus
 de hoc. Summa dei pietas venia no
 dimidiabit. Aut nihil aut totu te pe-
 nitente dabit. Augu. Laueas ne ve-
 recundia ductus diuidas confessione
 Undecima conditio e q sit secreta
 tam ex parte cofiteris q ex parte con-
 fessoris. Ex parte cofiteris vt non p
 dicet peccata sua i plateis: ne alij scan-
 dalizentur in peccato suo. r ne sit de
 illis qui glorientur cum male fecerint
 Quomodo ergo debet esse secreta ex
 parte cofessoris dicitur infra qñ age-
 tur de sigillo confessionis. Duode-
 cima conditio e q sit lachrymabilis
 hoc dicit Hieremias. Per diem r no-
 ctem non des requiem tibi neqz tace-
 ant pupille oculi tui. Joannes criso-
 stomus. Lachryme lauant delictum
 q pudore confiteri. Et in veritate ma-
 gnum signum contritionis sunt la-
 chryme potissime in homine adulto.
 Nam in paruulo vel muliere non est
 multum curandum de lachrymis.
 Nam de mulieribus dicit Quidius
 Ut flerent oculos erudiere suos.
 Tertiadecima conditio e q sit accele-
 rata. i. festina: de ista conditioe requi-
 re supra. c. qñ e pfessio facienda.
 Quartadecima conditio e q sit for-
 tis exemplo beate marie magdalene
 que adeo fuit fortis in penitendo pro-
 pter amaram interius copulsionem q
 nullo pudore obstante publice fuit co-
 fessa turpitudinem suorum peccatorum.
 Sic peccator debet ee fortis in peni-
 tendo r confitendo r pro nullo retra-
 batur a confessione peccatorum: quia

Augustinus

3. dicitur
quidam
aug.

Quidam

scriptus e. fortis e. vt mors dilectio.
 Quintadecima conditio e q sit ac-
 cusatoria qd dicat se comisisse pecca-
 tum ex propria malicia accusando se forti-
 ter non pretendens excusationes in pec-
 catis sicut fecerunt primi parentes vñ
 sapiens iustus in principio accusator
 e sui venit amicus eius r inuestigabit
 eu: iste amicus e deus r nisi peccator
 mo accusat se coram isto amico. i. coram
 sacerdote dei vicario in futuro habe-
 bit multos accusatores. s. deū ppiam
 pficientia diaboli peccati r et totum
 mundu: q vt dicit sapiens pugnabit
 orbis terrarum p insensatos. Si autem
 mo accusat se deus excusabit eum.
 Sextadecima conditio e q sit parere
 parata. i. q sit obediens. Augu. ponat
 se penitens oio in prete iudicis r in iu-
 ditio sacerdotis mihi reseruas sibi vt
 oia eo iubente paratus sit facere. p re-
 cipienda vita aie quecuqz faceret pro
 euitanda corporis morte: r hoc auz te
 siderio: qz vitas recuperat infinita auz
 gaudium. n. d. s. facere immortalis futu-
 rus q faceret p differenda morte mo-
 riturus. R. ay mundus in summa sua
 addit alias duas condiciones: prima
 q sit propria vt. s. seipsus accusat r no
 alius. vnde ps. Deus vitam meam an-
 nunciaui tibi: vitas inquit meas non
 aliena. alias si crimē vel peccatu alte-
 rius pderet no ee criminis illius cor-
 rector. s. proditor vel de tractor: vnde
 nullus debet nominare alium in con-
 fessione nec sacerdos debet interroga-
 re de noie. Fallit aut istud vbi circum-
 stantia facti e talis: qd alter non pot
 cofiteri peccatum puta si co gnouit. ma-

Augustinus

Primum

trem filiam vel sorores. Quid autem r
 quomodo sit faciendū in facto isto dictū
 e supra. c. cui est facienda cofessio.
 Secunda conditio qua addit R. ay
 mundus e q sit morosa r no dicatur
 peccata in transactu sicut captores co-
 purat nummos: sed auz maturitate r
 mora r de liberatioe vt ex hoc atten-
 datur deuotio r maior habeat pccitio
 r verecundia. Cofiteat q penitens iuxta
 formā predictā r habita remissioe pec-
 catorum habebit premia beatorum.
 Capitulum septimum de iteratio-
 ne confessionis.
 Iacet vt dictū e supra multus
 l sit vtile r fructuosus frequēt
 pfiteri: aliquid tñ e necessariū
 Notadū ergo q doctores ponunt
 aliquos casus in quibus de necessita-
 te salutis est confessio iteranda.
 Primus e pp enormitates sceleris
 sicut qñ aliqz hz aliqz casus de quo
 cofessor suus no pot ee absolueri r re-
 mittit eu ad superiore tñ d. s. confessi-
 ones qua inferiori fecerat iterare supe-
 riori vt sciatur que pnia e ei imponen-
 da nisi forte superior comittere vices
 suas quantum ad illū casus inferiori p-
 batur iste casus. xxxiiij. q. ij. c. latozem
 extra de pe. r re. significauit.
 Secundus casus e pp ignorātiā
 cofessoris si. n. cofessor suus sit iper-
 tus r nesciat sibi iponere pniā pro
 peccatis pfessis d. s. eu remittere ad co-
 fessores peritum qui ei sciat impone-
 re pniā salutarē r ille tenetur pecca-
 ta prius cofessa iterū cofiteri isti. Un
 Augu. sacerdotem quere qui te sciat
 ligare r soluere.

Augustinus

Tertius casus ē pro p̄emptu satisfactionis vt qñ q̄s fuit p̄fessus de peccatis suis ⁊ p̄emptit facere p̄niaz sibi ip̄osita ⁊ recedit a me memoria q̄ fuit illa p̄nia teneſ itez confiteri illo eadez peccata si recordat de eis p̄batur ille casus de pe. di. iij. si ap̄s. Distinguentū ē tñ in isto casu: qz aut ille cōfiteatur eidē confessorī cui p̄mo fuerat cōfessus aut aliū. Si cōfiteat eidē confessorī si ille confessor recordat de peccatis sibi p̄mo p̄fessus nō teneſ nisi velit iterū cōfiteri illa sibi sed sufficit dicere, ego dñe fui p̄fessus vobis alias ⁊ vos recordamini de q̄bus ēt sciat qd ego p̄ēpti facere p̄niaz quā mibi i posuistis ⁊ nō recordo q̄ fuit ⁊ id venio ad vos vt mibi illā vel aliā iponatis. Si aut nō recordat credo qd teneatur sibi itez p̄fiteri: ⁊ idē dico si p̄fiteatur aliū. Quartus casus ē pp̄ maliciā fictionis qñ. s. aliquis scienter retinet aliq̄d peccatū mortale in cōfessione: qz illud q̄ retinuit ⁊ oia alia itez ⁊ cōfiteri. Et rō ē qz confessio p̄ma nō fuit facta in charitate cū ip̄e remaneret in peccato mortali: ergo ip̄osibile fuit alia peccata dimittere: si nō fuerūt dimissa ⁊ itez p̄fiteri: augustinus dñm inimicū oī criminoso: quō q̄ qui peccata referuat de alijs reciperet veniaz. de pe. di. iij. sunt plures. Nota tñ distinctionē positā i casu p̄cedenti qd si confiteatur eidē sacerdoti sufficit qd dicat qñ fui vobis confessus tenui maliciose peccatū. Et hoc si confessor recordet de alijs peccatis: si nō recordetur teneatur itez oia p̄fiteri: ⁊ idem dico si confiteatur aliū. Et quot in istis

quattuor casibus sit de necessitate cōfessio iteranda cōcordat oēs doctores. Sūt aut alijs casus i quibus doctores ad inuicem variantur. Primus casus est pp̄ peccati obliti recordationē

Secundus ē pp̄ peccati recidiuati onē dicit. n. aliqui doctores q̄ qñ recordat aliquis de aliquo peccato mortali q̄ nō fuerat p̄fessus vel qñ recidiuati aliq̄d peccatū q̄ an fuerat p̄fessus puta fuerat p̄fessus de adulterio ⁊ itez p̄mittit ⁊ p̄labit i adulterium itez teneſ oia peccata p̄ius confessa p̄fiteri. Et quātuz ad primū casuz ē rō qz aliter nō cēt cōfessio integra: quātuz aut ad secundū casuz ē rō istoz qz dicit q̄ oia peccata quantūcumqz p̄ius dimissa redeunt pp̄ ingratitudinē. Alij dicunt q̄ sufficit dicere in generali se alias peccasse ⁊ de nouo de hoc peccato recordatū fuisse vel de nouo hoc peccatū commisisse. Tertij dicunt quasi medio modo dicentes q̄ in p̄dictis duobus casibus peccata eiusdez generis iterū cōfiteri in speciali: peccata vero alterius generis sufficit cōfiteri i generali: verbi gr̄a. aliquis recordat mō se p̄mississe furtū si al̄s fuerat cōfessus de furto teneſ itez cōfiteri de eodē furto i speciali vt dicit prima opinio. De alijs vero peccatis sufficit p̄fiteri i generali vt dicit secūda opinio: ⁊ idem dico de recidiuo que istaz opinionuz sit verior: relinquo iudicio meliorum vt vnusquisqz eligat quam voluerit.

Magister godfrey. de fontanis magister in theologia parisiis in quodā suo quolibet addit vnuz aliū casuz. s. qñ aliquis confiteatur ⁊ non dolet nec

